# DE PERSECVTIONIBVS ECCLESIAE CHRISTIANAE, Liber ab HENRICO BVLLINGERO Tigurinæ ecclesiæ ministro Germanicè conscriptus, & ex Germanico sermone in Latinum conuersus, per IOSIAM SIMLERVM Tigurinum.

*DESCRIBVNTVR IN HOC LIBRO omnes persecutiones, quas ecclesia Christi ab ipsius Seruatoris natiuitate ad nostra vsque tempora passa est. Causæ etiam persecutionum exponuntur, & Dei iusta vindicta & pœnæ quas de persecutoribus sumpsit. Postremo inseruntur pulcherrimæ consolationes, & adhortationes ad patientiam & perseuerantiam in vera fide. Liber vtilissimus & maxime necessarius his extremis miserrimisq; temporibus.*

TIGVRI APVD CHRISTOPHORVM FROSCHOVERVM
M. D. LXXIII.

# DE PERSECV-TIONIBVS CHRIstianæ Ecclesiæ.

PERSECVTIONES QVAS Ecclesia Christi passa est conscribere hac de causa mihi proposui, quòd videam nostra ætate graues persecutiones plerisq; in locis exerceri, quibus imperiti rerum Ecclesiæ & infirmæ fidei homines grauiter offenduntur. Nam cum audiũt & vidẽt pios & innoxios homines nullam ob culpam, sed solum religionis seu fidei ipsorum causa prodi, affligi, in exilium pelli, supplicijs affici & trucidari, in hunc modum secum ipsi ratiocinari solent. Procul dubio hi omnes qui ita miserè affliguntur & trucidantur, non habent veram doctrinam & fidem, alioquin Deus ipsos non ita prorsus desereret & potestati hostium traderet. Quoniam verò illos abijcit, & ipsorum aduersarijs tam prosperam fortunã & victoriam largitur, facile hinc conijci potest, ipsos propter falsam doctrinã & fidem sic puniri, vt ita in viam reducantur, & ad fidem ante à se abiectam redeant, atq; ita pace & quiete fruantur.

Causa huius libri scribendi.

Iudicia huius mundi de piorum afflictionibus.

Verùm qui ita secum ratiocinari solent, his ipsis rationibus produnt se imperitos & ignaros esse rerum Ecclesiæ Christi: namque illa si

Iudicia uulgi falsa esse

hęc ratiocinatio admittatur, nunquam veram doctrinam fidemque habuisset. Hostes enim Ecclesiæ prospera fortuna & victoria cõtra illam potiti sunt, ac ipsam in membris suis plus quàm miserè persecuti sunt, in exilium eiecerunt, tormentis excruciarunt, lacerarunt & trucidarunt.

Argumentum huius libri.

Quapropter vt res melius cognoscatur, consolationis causa, & ad explicandam hanc quęstionem, Deo adiuuante, ex sacris scripturis, & veteribus ac fide dignis historijs, ac temporum experientia, enumerabo & consignabo quid nam sanctæ veteris & indubitatæ fidei causa passa sit Christiana ecclesia, ab ipsa Christi natiuitate ad nostra vsq; tempora, & simul ingentem fortunam & rerum prosperitatem, progressum & victorias, quas hostes & aduersarij Ecclesiæ Deo ita disponente habuêre, qui tamen postremo ipsi quoque meritas pœnas dederunt.

## *Quid nomine Ecclesiæ Christianæ intelligatur.*

### CAPVT I.

Quid sit Ecclesia.

Porro quò constet quid nomine Christianæ Ecclesiæ significetur, quandoquidem variæ ea de re sunt opiniones, dicimus Ecclesiam Christianam nihil aliud esse quàm numerum & congregationem Christi fidelium: eorum, inquã, qui ex animo in Christum credunt,

dunt,& illum ore confitentur,eum ſolum agnoſcunt ſeruatorem mundi,in quo ſolo,& prę terea nullo alio ſalus ſit,ac vi efficacitateque fidei Dei ope vitam ſuam ſecundum verbum & voluntatem eius formant. Comprehenduntur verò in hoc numero & cœtu vniuerſi fideles omnium temporum,cuiuscunq; ætatis,ſexus, conditionis ſint, fuerint,aut futuri ſint ad finẽ vſque mundi. Præterea nonunquam Eccleſiæ nomine ſignificatur cœtus omnium illorum qui baptizati ſunt, fidem in Chriſtum profitentur,Eccleſiæ adhærent, etſi non omnes viua fide prædiți ſunt.

Fides igitur in Chriſtum Ieſum quę per charitatem efficax eſt, verum ac proprium ſignũ eſt,quo cognoſci poteſt,eum qui ſe hac prædi- tum oſtendit,è numero populi Dei & Eccleſię Chriſtianæ eſſe,et vt vulgò dicitur,eſſe verum membrum Eccleſiæ Chriſti. Etenim cum Petrus confeſſus fuiſſet Ieſum eſſe Chriſtum,ſeu Meſsiam ſeruatorem mundi, reſpondit illi Dominus,ipſum fidem huiuſmodi non habere ex carne & ſanguine ſeu humanis viribus, ſed ex reuelatione patris cœleſtis: atq; ſuper hanc petram, Ieſum Chriſtum inquam,quem Petrus confeſſus fuerat, ædificaturum ſe Eccleſiam ſuam:hoc eſt,ſe omnes è numero Eccleſiæ habiturũ, qui ſimiliter confiteantur Ieſum Chriſtum vnicum ſeruatorem eſſe:atq; hos in Chriſto vti firma petra acquieturos, & tandem in

Fidem eſſe ueram notã Eccleſiæ.

Matth.16. Ioan.6.

Iſa.28. 1.Cor.3.10 1.Pet.2.

Ioan.13. ipſo ſaluos & beatos fore. Præterea apud Ioannē ait Dominus, ſuos diſcipulos ab omnibus ex hoc cognoſcendos eſſe, ſi charitatem habuerint alij in alios. Ideóq; à Diuo Paulo ſcriptum eſt, in Chriſto Ieſu neq; circunciſionem quicquam valere, neq; præputium, ſed fidem per charitatem agentem.

Galat.5.

Membra Eccleſiæ. Nominantur autem fideles membra Eccleſię, propterea quod vniuerſa multitudo & congregatio Chriſtianorū humano corpori eiusque membris confertur. Nam ſicut humanum corpus nō vnico membro ſed multis conſtat: ita etiam communio Eccleſiæ multos homines complectitur. Verùm ſicut corpus propter membrorum numerum non in plura corpora abit, ſed vnum tantū corpus eſt: ſic quoque vniuerſi fideles vnum corpus & vna ſunt Eccleſia, participes omnium bonorum vniuerſæque ſubſtantiæ corporis ſui. Quemadmodum verò ſingula membra propriam functionem habent, ſed cuncta ad bonum & conſeruationem totius corporis diriguntur, ſimiliter in Eccleſia fideles peculiaria dona habent, diſtincta quoq; officia in ipſa Eccleſia, ſed cūcta inſeruiunt cōmodo & conſeruationi Eccleſiæ.

Corpus capiti ſubeſt. Præterea ſicuti humanum corpus vnico capiti ſubeſt, atq; ab illo regitur & vitalem vim accipit: ſic omnes fideles qui in Eccleſia ſunt, ſubiecti ſunt Chriſto vnico capiti, & ab eo reguntur, vitamq; accipiunt. Hac de re accuratè

ſcri-

scripsit D. Paulus in epistola ad Colos. 1. cap. ad Ephes. 4. & 5. cap. & 1. ad Cor. 12.

Singuli igitur Christianorum, viri & fœminæ, nobiles & ignobiles, iuuenes & senes, cuiuscunque status & conditionis sint, membra sunt corporis Christi per fidem in Christum, atque ita cum alijs fidelibus coniuncti & vniti sunt tanquam eiusdem corporis membra, & Christum caput omnes habent, à quo & vitã habent, & reguntur, omnium denique bonorum huius corporis participes fiunt. Atq; hæc in symbolo fidei profitemur, dicentes nos credere sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorũ communionem. Sancti enim omnes qui vnquam fuerunt, sunt, aut erunt, vna Ecclesia sunt sub Christo, habentes participationẽ omnium bonorum, siue cõmunionem cum Christo & omnibus sanctis. Hæc igitur credimus & vera esse cõfitemur, ideòq; nos ipsos etiam credimus in hac cõmunione manere, eius participes & sanctos esse. Porrò credens in Christum ac membrum Ecclesiæ existens, nunquã auellitur & separatur à societate & coniunctione cum capite & membris eius, neque per sublimia, neque per profunda, neque per persecutiones, neq; per mortem ipsam. Sed tum duntaxat separamur atque auellimur, si fidem in Christum abnegemus, aut membra alterius corporis quàm vnici huius corporis Christi Ecclesiæque eius fiamus.

Qui nã sint membra Ecclesiæ.

Credo sanctam Ecclesiam catholicam.

Rom. 8.

## *De fide qua sanctæ Christi Ecclesiæ inserimur.*

### CAPVT II.

Quid nomine fidei Christianæ intelligendum sit.

Cæterum cùm de fide loquimur, qua Christo capiti subijcimur & Ecclesiæ eius inserimur, ita vt sub capite Christo cum omnibus sanctis siue fidelibus vnum corpus simus, & participes reddamur omnium thesaurorũ Ecclesiæ Christianæ (sunt autem hi thesauri, gratia Dei nobis promissa, remissio peccatorum, & vita æterna: item varia & ingentia dona & charismata Spiritus sancti, adhæc auxiliũ, tutela & subsidium) non loquimur de tali fide quam quiuis ex seipso animo concipere potest, ex aliorum relatione & suasione, qui hoc vel illud omnino credendum aiunt: talis enim persuasio opinio potius est quàm fides. Sed vera fides per quam inserimur corpori Domini nostri Iesu Christi, Ecclesiæ inquã Christianæ, cœlitus datur per Spiritum sanctum, & cordibus fidelium infunditur, idq; non iuxta cuiusuis verba, sed solum iuxta doctrinam Euangelij, verbumq; Dei. Nam vti supra monuimus, Petro à Domino dictum fuit, Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Præterea Paulus inquit, charitatem Dei (complectitur autẽ vniuersum Euangelium, quomodo scilicet Deus nos in Christo dilexerit, &

Opinio nõ est fides.

Origo fidei

Rom. 8.

rit, & saluos fecerit) effusam esse in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Idem quoque Apostolus rursus ait, Fidem ex auditu esse, auditum autē per verbum Dei. Rom. 10. Ante ipsum verò à Domino dictum fuerat: Amem amen dico vobis, qui audit verbum meum, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam. Ioan. 5. Ideoq; rursus à Paulo scriptum est: Propterea etiam nos gratias agimus Deo indesinenter, quòd acceptum de Deo sermonem quem audistis ex nobis, exceperitis non vt sermonem hominum, sed (sicut est verè) vt Dei sermonem, qui ita etiam agit in vobis qui creditis. 1. Thess. 2.

Ex his autem testimonijs omnibus perspicuè apparet, veram fidem Christianorum non inniti vlli humanæ doctrinæ, sed solum claro & expresso Dei verbo. Quare non meretur fidei nomen illa persuasio, quæ extra aut contra verbum Dei humanis opinionibus, traditionibus, & doctrinis innititur. Imo talis persuasio est quædam incredulitas superstitioq;. Quod sit fidei fundamentum.

Porrò verbum Dei, seu quod idem est, prædicatio Euangelij, docet nos credere in vnum Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, ac ostendit nobis omnem perfectionem & plenitudinem in gratia Dei per Christum Iesum verum Deum & hominem. Nam hic propterea homo factus & pro nobis mortuus est, ac à morte resurrexit & ad cœlos ascendit, vt es- Quid Euāgelium credere doceat: & summa fidei.

set nostra vnica & æterna salus, nostra iustitia, nostra ꝓpitiatio & satisfactio pro peccatis nostris, noster Mediator, Rex & Sacerdos, in quo & per quem sanctificemur, fiamus Ecclesia ipsius, atque habeamus peccatorum remissionem, carnis resurrectionem & vitam æternã.

Articuli 12 symboli nostri continent uerã fidem.

Atque hæc est vera illa & vetus sancta catholicaque fides, fundata in verbo Dei, comprehensa duodecĩ articulis symboli Apostolici. Symbolum hoc progressu temporum cum varij errores & hæreses fidei contrariæ pullularent atque erumperent, clarius explicatum est ex aperto claroque Dei verbo, in Concilijs Niceno, Constantinopolitano, Ephesino et Chalcedonensi. Est autem in his Concilijs diserte cautum, nullam aliam fidem excogitandam, habendam, aut tradendam esse, sed fidem hanc ita seruari oportere, vt nihil illi addatur aut adimatur.

Vbi Ecclesia salutem quærat.

Hac fidei simplicitate vera orthodoxa & Apostolica Ecclesia prorsus ab initio contenta fuit, neque salutem unquam quæsiuit in operibus Legis, in meritis viuorum aut mortuorum, in ceremonijs aut ritibus, aut sanctis in cœlo, sed in vno ac solo Iesu Christo, vnico et æterno seruatore totius mundi. De hoc enim à D. Paulo scriptum est: Quoniã in eo placuit Patri vt omnis plenitudo inhabitaret, & per eum reconciliare sibi omnia tum quæ in

Colos. 1. 2.

terra

terra, tum quæ in cœlis : pace per sanguinem crucis eius facta, per eum inquam reconciliatione facta (non per alios). Nam in eo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter : & estis in eo completi. Cum igitur fideles his atque alijs similibus testimonijs diuini verbi credant, & certo statuant, se in vno & solo Christo completos esse, in nulla alia re quæ sub cœlo est plenitudinem hanc quærunt. Facile enim animaduertunt, si in vlla alia re quàm in vno Iesu Christo salutem & perfectionẽ quærerent, tum se derogare fidei, neque credere omnem plenitudinem plene in Christo esse. Contra autem verbum Dei ipsius ore prolatum aperte testatur, quicunque ipsum ederit ac biberit, non esurire neque sitire, hoc est, qui Christo confidit & in illum credit, hunc prorsus satiatum esse, neque quicquam aliud ad salutem desiderare.

Omnis plenitudo in solo Christo.

Ioan. 6.

Quòd si librum Actorum Apostolicorũ, in quo prima Ecclesia apostolica, eius status, & res gestæ 28. annorum describuntur, sedulo euoluamus & perscrutemur, deprehendemus primam illam Ecclesiam, hac simplici fide à nobis iam exposita omnino cõtentam fuisse. Habuit enim suos cõuentus seu cœtus sacros, in quibus prædicabatur verbum Dei, publicæ preces fiebant, sacramẽta administrabãtur, Baptismus & Cœna Domini, graues exhorta-

Simplicitas ueræ fidei.

tiones ad charitatem & communionem fiebant. Atq; hæc cõmemorãtur Actorum 2. cap. imo per totum librum.

Conciones sacræ. Conciones sacræ summum & præcipuum locum obtinent in Ecclesia, in quibus plurimum operæ semper positum fuit. Desumptæ autem sunt conciones tantũ ex ore Christi, ex verbo Dei, ex scriptura sacra, ac præcipuè docent pœnitentiam & fidem in Christũ, per quem solum habeamus remissionem peccatorum & vitam æternam. Hanc doctrinam credidere & statuére ipsi Apostoli plene traditam esse in Euangelio & scripturis sacris, sic vt nulla alia doctrina opus nobis sit, imò monuere non audiendam esse vllam aliam. Nam
Ioan. 10. primum Dominus ipse inquit: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego eas agnosco, & sequuntur me. Alienum autem nequaquam sequentur, sed fugient ab eo, quia non norunt vocem alienorũ. Præterea Ioannes in fine Euãgelij sui testatur, nos in Euangelio litteris mandato compræhensam habere integram doctri-
Ioan. 20. nam salutis nostræ. Multa (inquit) etiam alia signa edidit Iesus in discipulorum suorum conspectu, quæ non sunt scripta in hoc libro. Hęc autem scripta sunt vt credatis Iesum esse Christum filium Dei, & vt credentes, vitam habeatis per nomen eius. Similiter Paulus testatur
Rom. 1. se prædicasse Euangelium, quòd sit potentia Dei

Dei ad ſalutem omni credenti. Quôd ſi vel ipſe, vel etiam angelus de cœlo aliud Euangeliũ prædicarit, eum execrabilem eſſe. Atq; in poſteriore ad Timotheum epiſtola 1.3. cap. omnes Eccleſiarum miniſtros ad ſcripturas remittit, ac mandat vt ex illis doceant, exhortentur, arguant, illas nanque ſufficere vt perfectus ſit homo Dei, & ad omne opus bonum perfectè inſtructus. Gal.1.

Sacramenta loco ſigillorum addita ſunt verbo Dei, & hæc in prima Eccleſia ſimpliciſsime adminiſtrata ſunt. Baptizarunt enim aqua in nomem Patris & Filij & Spiritus ſancti, atque hoc baptiſmo contenti, fideles alijs ceremonijs & ritibus non onerarunt. Similiter de Cœna Domini Paulus ſcribit, ſe id quod à domino acceperit Eccleſiæ tradidiſſe. Porro ex tribus Euangeliſtis, & repetitione Paulina inſtitutionis Cœnæ à Chriſto traditæ, cognoſcitur dominum non tradidiſſe Eccleſiæ ſuæ ſa- ſacrificium miſſæ, eiusq; multiplices ceremonias, ſed gratiarum actionem, & commemorationem paſsionis ſuæ noſtræq; redemptionis. De ſacramentis. Baptiſmus. 1.Cor. 11. Cœna Domini.

Similiter prima Eccleſia Deum ſolum inuocauit & adorauit, per Ieſum Chriſtum vnicum mediatorem & interceſſorem apud Deũ patrem. Eodem modo tũ in Eccleſia docuere, & non ceremonias atque alia eius generis, ſed charitatem & communionẽ exegerunt Apo- Preces. Charitas.

Apostoli nulla præterea onera Ecclesię imposuere.

stoli etiam in concilio Hierosolymis congregato, vnanimiter ex Spiritu sancto decreuere, nullum nouum onus Ecclesiæ imponendum, ne ritus quidem illos quos Deus in veteri Testamento instituerat, Act. 15. Quòd si simplex hæc doctrina hactenus à nobis exposita ad salutem non sufficit, tum & Apostoli ipsi non fuêre fidi ministri, qui Ecclesiam neglexêre, multaque ab ea absconderunt, & illi qui hac simplicitate contenti fuerunt, à salute exciderunt. Sed Apostoli omnium ministrorum fidelissimi fuerunt, nihil absconderunt, nihil neglexerunt, ac procul dubio omnes illi salutem adepti sunt qui in hac simplicitate acquieuerunt. Ergo hodie quoque omnes qui eandé fidem habent, & eadem simplicitate contenti sunt, seruabuntur, etsi abijciant & negligant omnia illa tanquam ad salutem non necessaria, quę ab hominibus extra & præter Dei verbum, ad credendum & obseruandũ nobis tradũtur. Supra nanq; indicatum est Apostolos nullum aliud aut nouũ onus, præter doctrinã iam explicatam, Ecclesijs imposuisse. Ex his firmum fundamentum iaciendum est, & certo tenendum à fidelibus, fidem quæ addiscitur ex Apostolica doctrina, esse veterem illam veram & indubitatam fidem Christianam, per quam corpori Christi, hoc est, Ecclesiæ Christianorum inserimur, & in communione sanctorum conseruamur.

Quo

*Quomodo persecutiones Ecclesiæ ex sancta Christiana fide oriantur: & quid sit persecutio.*

## CAPVT III.

Multæ Ecclesiæ in mundo.

ECclesia Christiana in medio mũdi versatur, atq; circa se alias quoque Ecclesias habet, quarum singulæ existimant se solùm Christianam, veram & Deo gratam Ecclesiam esse. Quemadmodum autem Christiana Ecclesia constanter confitetur doctrinam super quam fundata est, veram & perfectam Deoq; placitam doctrinam esse: ita è contra mundus hæc non tantũ negligit, sed prorsus contemnit & irridet. Aliæ autem Ecclesiæ præter Christianam, etiamsi Euangelium & sacras literas, non prorsus reijciunt, debitum tamen & iustũ honorem illis non tribuunt, quòd scilicet solæ veræ & perfectæ sint. Nam his adiungunt propias constitutiones & doctrinas, sine quibus Euangelium & sacras literas imperfectas esse censent, atque ita hominum inuenta verbo Dei æquant, aut etiam anteponsit. Ac Christiana quidẽ Ecclesia omnẽ salutẽ in Christo quærit, & in eo solo omnem plenitudinẽ inesse credit, ita vt extra Christũ nulla salus inueniatur. Mundus verò hãc doctrinam stultitiæ damnat,

Aliæ ecclesiæ plus suis institutis quàm Christo tribuũt.

atque ita ſemper ab initio iudicauit. Aliæ verò Eccleſiæ, quamuis Chriſtum communem mundi ſeruatorem agnoſcant, ſimul tamẽ multa alia media & vias ſalutis oſtendunt, quibus Chriſtus non tantum obſcuratur ſed obliuioni traditur: nã his medijs plus quàm ipſi Chriſto tribuũt, atq; apertè docent Chriſtum abſq; his ſuis additionibus non ſatis eſſe ad ſalutem.

Porrò fides non eſt muta & occulta in Eccleſia Chriſtiana, ſed quiuis verè Chriſtianus nouit ſui eſſe muneris fidem quam corde ſeruat, ore confiteri. Sicut etiam Diuus Paulus ad Rom. 10. ſcribit: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autẽ confeſsio fit ad ſalutem. At Chriſtus in Euangelio ait: Quemcunq; mei aut Euangelij puduerit, aut me negauerit, Filium etiam hominis pudebit eius quando venerit in gloria patris. Ideóq; fidei ſuæ non pudet eos qui vera membra ſunt ſanctæ Chriſtianæq; Eccleſiæ. Verum quando fidem ſuam aperte confitentur, & ſoli Chriſto omnem gloriam dant, atque ideo mundi iudicia & aliarum Eccleſiarũ doctrinam & fidẽ, ſeu potius opiniones, damnãt & nihili faciunt, magnam alij ex ea re moleſtiam capiunt ac offenduntur, atque Eccleſiam Chriſtianam eiusque membra propter fidei confeſsionẽ odio habent & perſequũtur.

Pij ſuam fidem confitentur.

Matth. 10. Mar. 8.

Præcipuè tamen hinc augentur offenſiones & odia contra Eccleſiam, quòd nullas arbitrorum compoſitiones admittit, nempe vt ſcri-

Perſecutio oritur ex confeſsione fidei.

pturis

pturis quidem & Christo domino credat, simul tamen humanis traditionibus aliquam authoritatem tribuat: item vt salutē non vni ac soli Christo adscribat, sed vnà cum Christo ea quæ ab hominibus addita sunt agnoscat vt res necessarias, aut saltem bonas & vtiles ad salutem adipiscēdam. Huiusmodi arbitrium & compositionem nemo verè fidelium in Ecclesia recipit: nam cor suum purum seruat, neque alterius vocem audit quā sui sponsi Iesu Christi, atq; firmiter in vno Christo salutem & redemptionem suā sitam esse agnoscit, memor verborum Pauli dicētis, Præparaui vos, quos vni viro, vt virginem puram sistam, nempe Christo. Et statim contra huiusmodi arbitros & compositores subijcit: sed metuo ne quo modo, sicut serpens ille Euam seduxit calliditate sua, ita corruptæ mentes vestrę degenerent à simplicitate quæ est in Christo. 2. Cor. 11.

Vera igitur membra Ecclesiæ Christi firmiter retinent in Christo expositam simplicitatem, neque quicquam præter Christum recipiunt, sed cum Dauide dicunt, Verbum tuum Domine lucerna pedibus meis, & lumen semitarum mearum. Item cum Paulo, Non enim decreueram quicquam scire inter uos nisi Iesum Christum, eumque crucifixum. A me verò absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, vnà cum Christo crucifixus sum. Viuo autem non amplius ego, sed viuit in me Vera membra Ecclesiæ nihil extra Christū recipiunt. 1 Cor. 2. Galat. 6. Galat. 2.

Christus: & vitam quam nunc viuo in carne, viuo per fidem filij Dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abrogo gratiam Dei: nam si per legem est iustitia, igitur Christus sine causa mortuus est.

Patientia Ecclesiæ.

Simplicis huius fidei causa Ecclesia Christiana omnes persecutiones patitur, quibus illam mundus aliæque Ecclesiæ atrociter persequuntur. Quamuis enim multæ aliæ causæ persecutionibus prætexãtur, hæc tamen vera, vnica & princeps causa est. Est autem quædã vniuersalis & publica persecutio, quando integra aliqua Ecclesia fidei suæ causa ab aduersarijs bello petitur, aut alioqui læditur & affligitur: quædam vero persecutio est priuata & singularis, quãdo vnus aut alter pluréue persecutionem patiuntur, & quoad vitam, famam, fortunas, affliguntur fidei suæ gratia. Persecutionis autem nomine complector omnia quæ persecutioni annexa sunt, quæ antecedunt eam aut coniuncta sunt, vel denique consequuntur eam, vti sunt offensiones, odia, inimicitiæ, delationes, accusationes, calumniæ, conuicia & maledicta, sannæ, irrisiones, contemptus, verbera, damna corporis & fortunarum, exilia, relegationes, rapinæ multæ & confiscationes bonorum, ex quibus sequuntur paupertas, mœror & tristitia grauis, curæ, sollicitudines, miseriæ, fames, sitis, nuditas, frigus, aliaque incommoda, item carceres, vincula, tormenta

Persecutio vniuersalis & singularis.

Quid sit persecutio.

menta, atque postremo mortis genera sæuissima, dum tolluntur è medio aqua, ignibus, gladio, laqueo, ac demum post mortem ipsa cadauera raptantur, laniantur & contumelia afficiuntur, & omnia illa quę à persecutoribus maligne fiunt, in iniuriam & contumeliam fidelium, etc. Vniuersa hæc semper passa est Ecclesia Christiana, & adhuc patitur in membris, modo pluribus, modo paucioribus, prout æterno Deo visum fuerit, atque illi fideles suos purgare & probare placuerit, sicut aurum in igne.

*Sanctos & fideles qui ante Christi natiuitatem vixerunt, tantũ per fidem in Christum seruatos esse, et graues persecutiones sustinuisse.*

## CAPVT IIII.

DEinceps commemorandæ erant persecutiones Christianæ Ecclesiæ, quas mox ab ipsa natiuitate Christi & postea perpessa est, sed quia huc spectat atque vtile est scire sanctos qui ante Christi natiuitatem vixerunt, etiam per fidem in Christum seruatos esse, ac huius fidei gratia multas grauesque persecutiones sustinuisse, idipsum hic breuiter expotam.

Falsa opinio de salute ueterū.

Noui autem nonnullos mirari nos hæc asserere, quibus persuasum est, veteres ab Adamo ad Christum vsq; non esse seruatos per fidem in Christum, quippe qui parum aut nihil de hac nouerint, sed per legem Mosis seruatos esse. Similiter opinātur, veteres nullas persecutiones fidei suæ causa sustinuisse, sed populum illum bellicosum, & multis magnisq; victorijs clarum & celebrem fuisse.

Omnes sanctos qui unquam fuere aut sunt, unum corpus esse.

Verùm è contra notum est, omnes sanctos qui ante & post Christi aduentum vixerunt, vnum populum esse, vnitos in vnum corpus vnámque Ecclesiam sub vnico capite, ac vnicum æternumq; seruatorem Messiam Iesum Christum habere, ac omnes qui vnquam vitæ participes facti & seruati sunt, per hunc solum in vnico corpore Ecclesiæ vitæ ac salutis participes factos fuisse, & adhuc fieri. Hoc autē nullo modo potuit absque fide fieri, cum per hāc solam salutem percipiamus. Sed longe à nobis absit vt auellamur et separemur à corpore, vnitate & communione omnium sanctorum, ac nominatim veterum patrum, quorum filij & cohæredes nuncupamur per solam fidem in Deum & Christum eius Dominum nostrum. Atque hoc est omnium fidelium peculiare & solidum gaudium, quòd norunt se cōmunionem habere cum omnibus sanctis qui vnquam fuere, aut nunc sunt, vel futuri erūt ad finem vsque mundi. Sic nanque Christus

Fideles cōmunionem habent cū omnibus sanctis.

ipse

ipſe teſtatur omnium electorum eſſe vnum corpus, vnam Eccleſiam, vnam communionem, vnam hæreditatem, idque his verbis, Dico vobis, multi venient ab Oriente & Occidẽte, & accumbent in regno cœlorum cum Abrahamo Iſaaco & Iacobo.

Quomodo primi parẽtes noſtri ſeruati ſint.

Quòd ſi hæc non ita clare & vt contradici nequeat, expoſita eſſent, nihilominus exemplum primorum parentum, Adami & Euæ, nos de hoc ipſo edocere poſſet. Manifeſtum nanque eſt, ipſos non fuiſſe ſeruatos per legem Moſis, quæ demum poſt annos bis mille & centenos aliquot in monte Sina data eſt. Sed ipſi poſteriq́ue habuerunt præclaram & conſolatione plenam promiſsionem Dei, nempe Deum daturum ipſis ſemen mulieris, quod conculcaturum ſit caput ſerpentis, ipſum autem ſerpentem ſeminis calcaneum attriturum. Promiſsiones autem fide recipiuntur: atque hoc modo promiſsionem Dei primi noſtri parentes receperunt. Habuerunt igitur fidem, & per ſolum Chriſtum ſeruati ſunt. Nam Ieſus Chriſtus Filius Dei eſt ſemen mulieris, hoc eſt verus homo, non conceptus ex virili ſemine, ſed ex Spiritu ſancto, hic diuina ſua virtute operatus eſt, vt Filius Dei verus Deus & homo naſceretur ex corpore ſanctæ & intemeratæ virginis Mariæ, ideóque etiam ſemen mulieris nominatus eſt. Semini huic diabolus ſerpens, per ſuos cal-

Gen. 3.

Verum fundamentum rectæ fidei.

Falsa opinio de salute ueterũ.

Noui autem nonnullos mirari nos hæc asserere, quibus persuasum est, veteres ab Adamo ad Christum vsq; non esse seruatos per fidem in Christum, quippe qui parum aut nihil de hac nouerint, sed per legem Mosis seruatos esse. Similiter opinãtur, veteres nullas persecutiones fidei suæ causa sustinuisse, sed populum illum bellicosum, & multis magnisq; victorijs clarum & celebrem fuisse.

Omnes sanctos qui unquam fuere aut sunt, unum corpus esse.

Verùm è contra notum est, omnes sanctos qui ante & post Christi aduentum vixerunt, vnum populum esse, vnitos in vnum corpus vnámque Ecclesiam sub vnico capite, ac vnicum æternumq; seruatorem Messiam Iesum Christum habere, ac omnes qui vnquam vitæ participes facti & seruati sunt, per hunc solum in vnico corpore Ecclesiæ vitæ ac salutis participes factos fuisse, & adhuc fieri. Hoc autẽ nullo modo potuit absque fide fieri, cum per hãc solam salutem percipiamus. Sed longe à nobis absit vt auellamur et separemur à corpore, vnitate & communione omnium sanctorum, ac nominatim veterum patrum, quorum filij & cohæredes nuncupamur per solam fidem in Deum & Christum eius Dominum nostrum. Atque hoc est omnium fidelium peculiare & solidum gaudium, quòd norunt se cõmunionem habere cum omnibus sanctis qui vnquam fuere, aut nunc sunt, vel futuri erũt ad finem vsque mundi. Sic nanque Christus

Fideles cõmunionem habent cũ omnibus sanctis.

ipse

ipſe teſtatur omnium electorum eſſe vnum corpus, vnam Eccleſiam, vnam communionem, vnam hæreditatem, idque his verbis, Dico vobis, multi venient ab Oriente & Occidẽte, & accumbent in regno cœlorum cum Abrahamo Iſaaco & Iacobo.

Quomodo primi parentes noſtri ſeruati ſint.

Quòd ſi hæc non ita clare & vt contradici nequeat, expoſita eſſent, nihilominus exemplum primorum parentum, Adami & Euæ, nos de hoc ipſo edocere poſſet. Manifeſtum nanque eſt, ipſos non fuiſſe ſeruatos per legem Moſis, quæ demum poſt annos bis mille & centenos aliquot in monte Sina data eſt. Sed ipſi poſteriq́ue habuerunt præclaram & conſolatione plenam promiſsionem Dei, nempe Deum daturum ipſis ſemen mulieris, quod conculcaturum ſit caput ſerpentis, ipſum autem ſerpentem ſeminis calcaneum attriturum. Promiſsiones autem fide recipiuntur: atque hoc modo promiſsionem Dei primi noſtri parentes receperunt. Habuerunt igitur fidem, & per ſolum Chriſtum ſeruati ſunt. Nam Ieſus Chriſtus Filius Dei eſt ſemen mulieris, hoc eſt verus homo, non conceptus ex virili ſemine, ſed ex Spiritu ſancto, hic diuina ſua virtute operatus eſt, vt Filius Dei verus Deus & homo naſceretur ex corpore ſanctæ & intemeratæ virginis Mariæ, ideóque etiam ſemen mulieris nominatus eſt. Semini huic diabolus ſerpens, per ſuos cal-

Gen. 3.

Verum fundamentum rectæ fidei.

cem attriuit, hoc est, passioni & morti tradidit. Verùm hoc benedictum semen morte & passione sua serpenti caput contriuit. Est autem serpentis seu diaboli caput, regnum diaboli, peccatum, mors, infernus seu condemnatio: hæc fidelibus per mortem Christi & sanguinem eius in cruce effusum, euersa & sublata sunt. Hac igitur fide in semen benedictum Iesum Christum primi patres nostri seruati sunt.

Sacramentum Adamo à Deo datum.

Vnà autem cum promissione sacramentum quoque Adamus accepit, nempe Sacrificia. Nam Adamus eiusque liberi agnum sacrificantes, signum & testimonium habuere futuri sacrificij & mortis benedicti seminis. Simul quoque monebantur vt gratias Deo agerent, & vt seipsos viua sacrificia offerrent, ac vitam iuxta Dei voluntatem instituerent

Promissio semini subinde in ecclesia renouata est.

Præclara hæc et princeps benedicti seminis promissio, subinde postea in Ecclesia patribus iterata est, renouata & illustrata, præcipuè tamen tribus patriarchis Abrahamo Isaaco & Iacobo. Cuncti namque norunt Abrahamo dictum fuisse, In semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Quod Paulus ad Galatas sic interpretatur, semen hoc esse Christum. Ab hoc igitur omnes fideles benedicuntur, ab hoc liberãtur ab execratione quæ peccatum consequitur. Euangelistæ etiam seriẽ generis Iesu Christi, à Maria, mãtre ipsius

ad

ad Abrahamum vsque deducunt. Itaque non est dubium omnes fideles omnium temporum in Christo salutem adeptos esse & adhuc adipisci.

Mosis verò lex non contra promissionem lata est, vt hanc aboleat, aut alibi extra promissum semen salutem ostendat. Atque hoc aperte Paulus docet ad Galat. 3. inter alia scribens, legem transgressionum gratia additam esse, vsquequo veniret semen illud, vt pædagogus esset ad Christum nos ducens, vt ex fide iustificaremur. Lex nō est contra promissionem.

Præterea Dauid atque omnes Prophetæ, tam aperte de Christo concionati sunt, tam fideliter docuere fidem in Christum, vt qui vel mediocriter in eorum scriptis versatus & institutus est, nunquam dicturus sit veteres non nouisse fidem in Christum, ipsumque Christum ignorasse. Nam vt reliquos prophetas omittamus, an non Esaias de Christo tam aperte locutus est, vt veterum quidam ipsum non absque causa Euangelistam nominarint? Ita autem de Christo scribit quinquagesimo tertio cap. Omnes nos sicut oues errauimus, vnusquisq; ad viam suam declinauit, & Iehoua coniecit in illum (Messiam) iniquitates omnium nostrū. Ipse autē vulneratus est propter preuaricationes nostras: attritus est propter iniquitates nostras: Castigatio pacis nostrę (idest qua nobis pax cōfici debebat) Prophetiæ de Christo.

ſuper eum (Meſsiam) & liuor eius ſanitas fuit nobis. Scientia autem ſui (hæc eſt vera Chriſtiana fides) ſeruus meus iuſtus multos iuſtificabit, & iniquitates eorum ipſe portabit, &c. Non autem arbitror quenquam his clariora teſtimonia efflagitaturum de Chriſto, & fide in Chriſtum, per quam iuſtificemur.

Omnes patres ueteris Teſtamẽti per fidem in Chriſtũ ſeruati ſũt.

Poſtremò noui Teſtamenti teſtimonia hac de re tam perſpicua ſunt, vt à nemine in dubium vocari debeat, ſanctos veteris Teſtamenti, qui ante natiuitatem Chriſti vixerunt, per fidem in Chriſtum, ſolius Chriſti neque vllius alterius opera & beneficio ſaluatos eſſe. Chriſtus ipſe vbique in ſua doctrina nihil tam vehementer à populo ſuo requirit, quàm vt ſint filij Abrahæ. Fiunt autem filij Abrahæ per fidem, ſi eandem cum Abrahamo fidem habeant. Atque cum de hac re multa verba feciſſet Dominus Ioannis 8. cap. ſub finem exponit quæ Abrahæ fides fuerit, Abraham inquit, geſtiuit vt videret diem iſtum meum: & vidit, ac gauiſus eſt. Ex his facile eſt ratiocinari, ſi in nouo Teſtamẽto eandem cum Abrahamo fidem nos habere oportet, oportet vt ante quoque Abrahamus ipſe in Chriſtum crediderit, vt Chriſtus explicat, & hac fide iuſtificatus fuerit. Hoc ipſum firmiter probatur à Paulo Rom. 4. & Galat. tertio capite.

Diem Chriſti uidere eſt credere.

Idem

Idem teſtatur Ioannes Baptiſta, digito Chriſtum oſtendens ac dicens: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Mundi autem nomen non tantum eos complectitur, qui poſt Chriſti natiuitatem vixerunt, ſed eos quoque qui prius fuerunt. Ioan. 1.

Ioannes item Apoſtolus & Euangeliſta his verbis idem teſtatur: Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nec pro noſtris ſolùm, ſed etiam pro totius mundi peccatis. Ac alibi: Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi. Scimus autem Chriſtum ſemel duntaxat ſacrificatum & occiſum eſſe, vnicum autem eius ſacrificiū eſſe propitiationem pro peccatis totius mundi. Huius ſacrificij vis & dignitas efficax fuit in fidelibus ab ipſa mundi origine. Ideóq; agni olim ſacrificati fuerunt, qui fuere ſacramẽta paſsionis Chriſti, & redemptionis, qua redemit omnes qui vnquã ab origine mundi fuerunt, & à peccatis purgati ſunt, & qui adhuc erunt aut purgabuntur. 1. Ioan. 2. Apocal. 13.

Similiter Petrus ait, nullum eſſe nobis nomen datum ſub cœlo (hoc eſt nihil in toto terrarum orbe nominari poſſe, quicquid tandem id ſit) in quo ſaluari poſsimus, præterquam in nomine Chriſti. Atque in Hieroſolymitano concilio, cùm quidam Chriſtianis legem Moſis imponere vellent, Petrus reſpondit: Nunc ergo quid tentatis Deum impoſito iugo ceruici diſcipulorum, quod neque patres no- Act. 4. Act. 15.

stri neque nos portare potuimus? Imò per gratiã Domini Iesu Christi credimus nos seruatũ iri, quemadmodum & illos. Quibus verbis aperte & simpliciter ostenditur, veteres nõ fuisse saluatos per legem Mosis, quæ iugũ est atq; nominatur, sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi.

1. Cor. 10. Quid verò clarius est quàm quod à Paulo scribitur: Patres nostros omnes eundem cibũ spiritualem comedisse, & omnes eundem potum spiritulem bibisse? Bibebant enim ex sequente spirituali petra: Petra verò erat Christus.

Idem docet Eusebius ab initio Ecclesiasticæ suæ historiæ: & Augustinus libro secundo cõtra Pelagium & Celestium cap. 24. Et de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 47.

Discrimen veteris ac noui populi & Testamenti. Interea nihilominus verum est, magnum esse discrimen inter veterem ac nouum populum, veteribus enim in figuris mysteria proposita fuerunt, non autem tam clarè vt tempore reuelati Euangelij. Illi expectarunt ea quæ nos non expectamus, sed gratulamur Deum in Christo aperuisse & dedisse omnes thesauros, præter clarificationem in extremo iudicio exhibendam. Sunt alia quoque quibus ambo testamenta & veteres ac nos, differunt, de quibus alij diligentius & copiosius scripsere. Paulus quoq; idem agit 2. Cor. 3.

Veteres quoq; fidei Ceterùm veteres nõ tantũ victorioſi fuere, & per-

& perſecutionibus atq; afflictionibus caruere, aut nihil veræ fidei gratia paſsi ſunt: ſed omnes perſecutiones quas Moſes in Aegypto, & prophetæ in Iuda & Iſraele ſuſtinuere, illas omnes veri Dei cauſa, & propter veram doctrinam & rectam fidem ſuſtinuere. Quinetiam Dominus in Euãgelio prædicens quę Apoſtoli & fideles paſsuri ſint, ſimilia in quitãtea paſsos eſſe ſanctos prophetas.

cauſa perſecutiones paſsi ſunt.

In Pſalmis aperta teſtimonia extant, quòd verus Eccleſia fidei & veritatis cauſa magnas afflictiones, opprobria & iniurias ſuſtinuerit, & perſecutores eius conati ſint veram religionem opprimere, & ideò eccleſiam lacerauerint, & credentes abſque omni miſericordia excruciarint & trucidarint. Pſalmo 74 ſcribitur: Rugierunt hoſtes tui in medio ſynagogarum tuarum: poſuerunt ſigna ſua. Miſerunt ignem in ſanctuaria tua, in terrã deturbantes polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerũt in corde ſuo: Depopulabimur eos pariter: incenderunt omnia tabernacula Dei in terra.

Rurſus Pſalmo ſeptuageſimo nono fideles conqueruntur & orant in hæc verba: Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctitatis tũæ, poſuerũt Ieruſalẽ in aceruos lapidum. Dederunt cadauera ſeruorũ tuorũ eſcam volucribus cœli, carnẽ ſanctorum tuorum cibum beſtijs terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tanquã aquam in circuitu Ierusalem, & nemo erat qui sepeliret. Opprobrium sumus vicinis nostris, & ludibrium eorum qui circum nos sunt. Vsque quò Domine irasceris? Cur dicerent Gentes, vbi est Deus eorum? Similia in alijs Psalmis scribuntur, vt 137, &c.

**Fideles in ignem proiecti.**

Quid verò sub Nabuchodonosore tribus illis martyribus acciderit, & quomodo in ardentem fornacem proiecti sint, propterea quòd idolum à rege erectum adorare noluerunt, notum admodum est ex 3. cap. Dan. Prophetæ.

**Persecutio Antiochi.**

Magna item grauis & miserabilis persecutio fuit, quam rex Antiochus contra veram fidem exercuit, vt populum Dei à vera fide ad falsam, idolorumque cultum cogeret, atq; propterea eos qui cõstantes fuerunt, crudelissimè & horribiliter excruciauit. Legantur 1. lib. Machab. cap. 1. & 2. libri 5. 6. & 7. cap. Nemo etiam ignorat Paulum ad Hebr. 11. cap. plurima exempla commemorare eorum, qui propter Deum & veritatis causa, labores & anxietates atque persecutiones in veteri Testamento sustinuerunt.

*De prima persecutione post Christum natum, in qua Herodes Magnus teneros & insontes pueruloſ trucidauit.*

Caput

## CAPVT V.

POst persecutiones fidelium in veteri sancta Ecclesia, deinceps commemorabo persecutiones Christianæ Ecclesiæ, quæ mox à nato Christo sub imperio Augusti Cæsaris incepere.

Herodes Magnus primus persecutor Christi.

Christo igitur in summa paupertate in stabulo quodam nato, Magi ab Oriente Hierosolymam venerunt, & nuper nati Regis natiuitatem adnunciarunt. Nuncio hoc Herodes (quem Magnũ & Ascalonitam cognominãt) vehementer territus fuit, verebatur enim ne nuper natus Rex ipsum è regno Iudeæ eijceret, quod tum Romanorum beneficio & voluntate possidebat. Itaque cogitabat nouum nuperq; natum Regem adhuc in cunis iacentem trucidare. Sed cùm ignoraret quis nam esset iste nuper natus Rex, attamen sciret hunc Bethlehemi natum esse, quò minus ab eo aberraret, Bethlehemi & in vicinia bimulos aut minores natu infantes omnes simul, per ministros & milites suos trucidari curauit. Atq; inter ministros suos sæuissimus tyrannus aliquos nactus est, quos non horreret tam crudele & inauditum parricidium patrare. Nam latrones illi profani homines, serui parricidæ regis, Bethlehemũ profecti eius imperia exequebãtur, & trucidabãt omnes puerulos Bethlehemi & in vicina regione, quorum haud du-

Inhumana crudelitas.

biè non exiguus numerus erat. Etenim quod horrendum auditu est & ab humana natura alienum, ne teneris quidem infantibus in cunis parcebant, & à matrum vberibus eos auellebant: vnde oriebatur ingens & miserabilis clamor, eiulatus et ploratus eorum, quibus charissima pignora iniustissima tyrannide eripiebantur, & tam crudeliter & inhumaniter trucidabantur. Meminit autem tanti luctus et eiulatus Matthæus Euangelista, à quo historia hæc diligenter descripta est, & ad magnitudinem huius miseriæ & calamitatis oculis subijciendam, verba Ieremiæ ab eo citantur, ita scribentis: Vox in Rhama audita est, lamentatio & fletus, & eiulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere eo quôd non sint. In quibus verbis hoc quoque cernitur, persecutionem non tantum illos attingere & afflligere qui tormentis cruciantur aut trucidantur, sed illos etiam qui quamuis non eadem patiuntur, tamen illos amant, et coniuncti sunt his qui patiuntur, ideó que ex passionibus amicorum ingentem animo dolorem percipiunt, atque ita ipsi quoque patiuntur & persecutioni obnoxij sunt.

Matth. 2.

Ad quos pertinuerit persecutio.

Commouit autem hanc persecutionem Herodes non propter ipsos infantes vt hos trucidaret, sed propter Dominum nostrum Iesum Christum, ad hunc quærendum, inueniendum & trucidandum. Itaque hi infan

Puerulos ipsos propter Christum occisos esse.

tes

tes innoxij propter Christum cæsi sunt, & hi ad quos pertinebãt, ingentem hunc dolorem & luctum propter Christum accepere, quamuis mysteria Dei nondum intelligerent. Restè ergo innoxij isti pueruli eorumque parentes inter hos numerantur, qui Christi gratia persecutionem passi sunt. Neque etiam dubium est, hos pueruulos vi efficaciaque gratiæ gratuitæque promissionis Dei in fœdere Dei fuisse, ideoq; fœderis signum circuncisionem habuisse ac fuisse filios Dei, iam verò etiã propter Christum martyrum corona donatos.

Cum autem Deus tanta gloria hos infantes clementer donarit, cessent hic curiosi percontatores quærere, quid sibi Deus voluerit, curque passus sit miseros & innoxios puerulos propter Christum trucidari? Cur non eos quoque liberarit sicut Christum, quem in Aegyptum fuga subduxit? Cur passus sit crudelem tyrannum tantum parricidiũ patrare? An Deo inaudita huiusmodi crudelitas & ĩmanitas placeat? Verisimile autẽ est illo tẽpore quo hæc facta sunt, inquietos & carnales homines, complures huiusmodi sermones effudisse. Sed pij & sano iudicio præditi homines, huiusmodi cogitationes & quæstiones reijciunt, neque diuinæ gubernationi obloquuntur, cur hoc vel illud permittat, verũ ex animo cũ Dauide dicunt: Iustus est Dominus in omnib. vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Curiosæ quæstiones de his puerulis.

Quamuis autem innoxij pueruli vita præsenti priuati fuerint, sunt tamen æterna vita donati, & ornati ineffabili gloria & honore. Luctum verò & dolorem parentum, Deus varijs rationibus rependere potuit. Ac Deus cui displicet crudelitas, quiq; malum non facit, neq; id impunitum patitur, vtitur malis operibus & ira atque immanitate hostium suorum ad bonum credentium, ipsa interim illorum facta mala sunt, neque propterea bona fiunt. Venenum sua natura malum est, sed arte medicorum id quod natura malum erat, in pharmacis ad hominum bonum adhibetur. Sic etiam Iosephus dicebat fratribus suis, ipsos quidē malum aduersus se cogitasse, quando scilicet ipsum in Aegyptum vendiderunt, Deum autem id conuertisse in bonum. Similiter Deus agit in persecutionibus.

Persecutioni huic omnes aliæ cōformes sūt.

Nanque in prima ista persecutione, ceu in speculo quodam, euidenter cernimus, quæ sit ratio omnium aliarum persecutionū. Quamuis enim hæc persecutio prorsus immanis & inhumana fuerit, tamen nihilominus saluti & gloriæ omnium eorum inseruijt quos attigit. Sic etiam aliæ persecutiones fidelium etiamsi atrocissimæ sint, illis bono & honori sunt qui patiuntur. Atque vti prudentes hîc non multis disputant, cur Deus passus sit hos puerulos iugulari, ita fideles in persecutionibus pacato animo sunt, neque Deum in ius vocant; quærentes

tentes cur hoc vel illud improbis hominibus permittat, cur pios & innoxios opprimi patiatur. Norunt enim & credunt gubernationem Dei in omnibus rebus bonam & iuſtam eſſe, & irreprehenſibilem. Sicuti autem pueruli inſontes propter Chriſtum cæſi ſunt, & inter illos Chriſtus quærebatur vt occideretur, ita in omnibus perſecutionibus fideles Chriſti cauſa occidũtur, ac Chriſtum perſequutores quærũt & delere conantur. Sed ſicut Chriſtus hic neq; inuentus neque occiſus eſt, verum effugit: ita omnes perſecutores pios quidem trucidare poſſunt, Chriſtum autem nunquam extinguere poterunt. Verum vti Herodis hoc parricidium nequaquam vti ſperauerat animum ſecurum & tranquillum reddere potuit: ita cuncti perſecutores quamuis multos trucident, nunquam tamen ſecuri ſunt, ſed in perpetua ſollicitudine & metu verſantur.

Herodem verò ad inauditum hoc parricidium ſola ambitio & dominandi libido impulit: aliæ quoque perſecutiones pleræque ex ſimili morbo prauoque affectu exortæ ſunt. Quid olim ambitio ac dominandi libido effecerit in regno Iudæ & Iſraelis, cognoſci poteſt exTyrãnicis factis Saulis, Abneri, Ieroboami, Athaliæ atque ſimilium. Noſtra quoque ætate multi eccleſiaſtici ac politici ordinis magnis honoribus fruentes, metuunt ne ipſorũ gloria, faſtus, opes, voluptates, dignitates &

Cauſa perſecutionis innoxiorum puerulorum.

honores pereant, si libera relinquatur Euangelij prædicatio. Tales igitur pro regno & voluptatibus suis vnà cum Herode, Christo & & verbo eius se opponunt, neque abhorrent ab vllo immani facto instigando aut patrando, tantum vt ipsi tuti & tranquilli in suis nidis maneant. In summa, sicut grauis hæc & immanis persecutio Christi, mox ab ipsa incarnatione eius cædendis innoxijs puerulis inchoata est: ita ecclesia Christi nihil nisi persecutiones ad extremum vsque iudicium expectandum habet.

## *De altera persecutione, in qua Ioan. Baptista capite truncatus est: Iesus Christus Filius Dei crucifixus, ac discipuli eius dispersi sunt.*

### CAPVT VI.

Ioannes Baptista primus cõcionator Euãgelij.

SEcunda persecutio idem cum prędicatione Euangeli initiũ habet, incœpit autẽ Euangelium prædicare Ioannes Baptista, sicut Marcus testatur scribens: Euangelium Iesu Christi filij Dei ita incepisse quemadmodum à Prophetis prædictum fuerat, nempe à præcursore Christi, qui viã illi parauit, atq; homines apparauit ad Christũ recipiendũ. Hic Ioannes Baptista digito Christum ostendit, & testatus est hunc esse agnum Dei qui tollat peccata mundi.

Quid Ioannes prædicarit?

di. Idé homines monebat vt in Christum crederent, & discipulos suos à se ad Christum remisit, vt ad illum in quo omnis plenitudo inhabitat, & per quem solum aditus ad vitam æternam habetur: asserens hunc esse verum Dei filium, in cuius manu cuncta Pater tradiderit, & qui in ipsum credat habere vitam æternã, qui non credat, super hunc manere iram Dei. Interea vitia hominum acriter repræhẽdit, ac omnes ad pœnitentiam adhortatus est, denuntians impœnitentibus & incredulis imminere grauem Dei iram atque excidium. Commemorantur hæc ab Euangelistis Matt. 3. capite, Ioan. 1. & 3. cap. Luc. 3. cap.

Huius igitur doctrinę gratia Ioannẽ atq; discipulos eius cum alij odio prosecuti sunt, tum prę cipuè summi põtifices & sacerdotes, qui etiã legatis ad eũ missis rationẽ huius doctrinæ ab eo expostularunt, & eũ impedire atq; à munere hoc abducere conati sunt. Ioan. 2. Postea verò cũ Herodẽ cognomento Antipã, Herodis magni qui innocẽtes puerulos occiderat filium, propter incestũ reprę hendisset (nam hic Philippi fratris sui germani vxorẽ & filiã rapuerat, ac sibi desponsam fratris vxorẽ palàm retinebat) cum inquã contra hoc scelus concionaretur, & turpitudinẽ facti argueret, ab Herode captus & in carcerem coniectus est. Ioannes capitur. Conuiuio deinde splendido cum Herodes principes & aulicos suos exciperet, multa & magna

inter pocula vino exhilaratus promisit Herodiadi filiæ scorti, quòd coram ipso saltasset, illa verò à vetula meretrice matre edocta, caput Ioannis Baptistæ petijt. Herodes verò etsi sciret Ioannem virum pium & sanctum esse, nihilominus misso spiculatore, hominem insontem, nullo iudicio præcedente, turpiter & ex tyrannica libidine in carcere trucidari iussit. Filia verò caput Ioannis matri incestæ meretrici, in conuiuium & in ipsam mensam intulit. Quantũ verò luctum & mœrorem crudele hoc facinus discipulis Ioãnis omnibusq; pijs attulerit, quilibet fidelium facile secum expendere poterit. Itaque hæc Herodis persecutio non tantum Ioannem, sed alios quoq; fideles attigit & molestia affecit.

Ioannes decollatur.

Procul dubio verò tum temporis cogitationes huiusmodi carnales in multorum animis versabantur, cur Deus sic permiserit affligi hunc virum, qui Domino tam charus erat, & quo non est maior natus ex mulieribus? Cur siuerit eum adeò miserè in carcere iugulari, ab incestis hominibus, qui interim luxui, ebrietati & saltationi indulgebant? Cur passus sit sanctum hoc caput impuræ meretricis manibus petulanter contrectari & contumelia affici? Sunt quidem hæc admiranda coram hominibus, & facinus ipsum horrendum est: Deum tamen qui omnia in iudicio & iustitia facit, cum hæc permittit, nemo sa-

Variæ hominum cogitationes de hoc facto.

mo ſanus in ius vocabit. Imò ſi nunc quoque videat pios homines ab impuris & improbis miſerè trucidari, & contumelioſè tractari, ita ſecum ratiocinatur: ſi Deus aſpicere potuit, vt vir tam ſanctus, Dei amicus, primus Euangelij miniſter, adeò turpiter in carcere iugularetur, & præterea caput ipſius ignominioſè tractaretur, minus admirari debemus, ſi nunc quoque patiatur ſimilia amicis ſuis accidere, qui nondum in tanta æſtimatione & dignitate ſunt qua Ioannes fuit.

Victoria impiorum eorum cauſam non efficit bonā.

Verùm ſicut Ioannis cauſa non propterea iniuſta fuit, & Herodis iuſta, quia hic vicit & Ioannem oppreſsit & ſuſtulit: ita noſtra quoque ætate doctrina & fides eorum, qui Chriſti & verbi eius cauſa perſecutionem patiuntur & miſerè occiduntur, nihilo propterea deterior eſt, neq; ideo melior eſt fides perſecutorum & qui alios trucidant.

Cauſæ perſecutionis Herodianæ

Similiter vt Herodem ad hanc perſecutionem & graue parricidium non alia cauſa impulit, quam quòd noluit reprehendi in ſuis ſceleribus, neque ſuos compotores & inceſtam meretricem offendere, ſic pleræque perſecutiones ab illis excitantur, qui nolunt reprehendi propter idololatriam, peccata & ſcelera ſua, & inſontes perſequuntur, vt placeant improbis hominibus, qui eos ad hoc incitant.

Ieſu Chriſti doctrina.

Eadem ætate poſt Ioannem Baptiſtam, ſub

Imperatore Tyberio, Dominus noſter Ieſus Chriſtus Euangelium prædicare incœpit, ac annunciare remiſsionem peccatorum & vitam æternam per fidem in ipſum, ac ſimul væhementer contradixit falſæ doctrinæ ſectariorum, Phariſæorum inquam, Scribarum, & Sacerdotum, eorum hypocriſim, auaritiam, aliaque vitia ſeueriter accuſauit, ſimul denuncians iram Dei ipſis imminere, omnes præterea ad pœnitentiam adhortatus eſt. Doctrinam hanc ſimulque diuinam ſuam potentiam multis miraculis & prodigijs comprobauit, ex quibus clarè & indubiè addiſci potuit, & quodammodo manu tangi, ipſum eſſe filium Dei viui, Dominum potentem ſatanæ, peccati, mortis, & inferorum.

Odia potentum contra Chriſtum Dominum.

Porrò ſummi pontifices, ſectarij ſeu religioſi vt vocant, penes quos ſumma erat potentia, & maxima authoritas in Senatu Iudæorum, Sacerdotes item & Leuitæ non agnoſcebant Ieſum vti reuera erat Meſsiam eſſe, ſed odio proſequebantur ipſum, & vitæ eius inſidias ſtruebant. Atque ipſum modò Samaritanum nominabant, modò à Satana obſeſſum dicebant, doctrinam ipſius conuicijs & contumelijs afficiebant, hanc enim ferre non poterant, quòd ipſorum doctrinæ prorſus contraria eſſet. Nam ipſi quidem parum aut nihil de fide loquebantur, tantum de operibus, nos ſcilicet Lege ſeu obſeruæ-

Phariſaica doctrina.

seruatione Legis, & præsertim per sacrificia iustificari & saluari: similiter pauca de charitate docebant, sed omnia auaritiæ suæ accomodabant, & è domo Domini, tabernam mercatorum fecerant. Etenim in ipso templo oues & boues & columbas venum proponebant sacrificaturis: & quæstus gratia numulariorum mensas erexerant. Sed Christus flagello facto è funiculis omnes eiecit è templo, oues, boues, columbas & horum venditores, & argentarios seu numularios, omnesq; qui religionem quæstui habebant.

Propter hanc igitur causam Christum assiduè persecuti sunt, ac sæpe conati sunt eum lapidare aut interficere, ipse autem sæpe se illis subduxit, & è Iudæa in Galilæam fugit, contumelias multas, afflictiones & labores plurimos patienter sustinnit. Postremò tamen à discipulo suo proditus ac venditus, captus, in iudiciũ Ecclesiasticũ Sacerdotũ adductus est, & à Romano præside Pontio Pilato morti & crucis supplicio addictus est, nõ aliã ob causam, quã quòd se vti reuera erat, esse asserebat verũ Dei viui filium, Messiã seu Christũ, vnicũ & æternũ seruatorem totius orbis. Ante verò quã ad præsidẽ deduceretur, contumelioſissimè illuserunt ipsi, iniurijsq; affecerunt eũ Sacerdotũ ministri in summi Pontificis aula. Hi faciẽ illi obligarunt, ac ipsum conspuerunt, colaphos illi impegere, ac contumelijs diuinam ipsius

Persecutiones Christi.

sapientiam & maiestatem affecerunt. Mane verò cum ipsum ad præsidem deduxissent, calumniabantur ipsum esse populi seductorem, hominem seditiosum & crucis supplicio dignum. Pilatus verò diligenter de singulis inquirens, causa cognita, aliquoties testatus est ipsum esse insontem, & se non posse iure eum damnare: attamen quamuis insons miserè tamen tractatus est. Ductus enim fuit ad Herodem ac ab illo contemptus, ab aulicis eius irrisus & contumelijs affectus est. Comparatus fuit maximo latronum eius ætatis Barrabæ, atque hunc ludæus populus Christo prætulit, deteriorem ipsum existimans latrone omnibus exoso & scelerato. Flagellis etiam cæsus est, & corona è spinis contexta coronatus fuit, ac ita miserè affectus & excruciatus in conspectum ingrati populi adductus est. Verum nullus hic erat gratiæ aut veniæ locus, & præsertim apud sacerdotes, hi impulere præsidem vt innocentem damnaret, & ad supplicium abripi & in medio duorum latronum crucifigi permitteret. Tum verò in summis doloribus & ipso mortis agone, horribilibus sannis, ludibrijs & contumelijs affectus fuit. Sacerdotes namq; & complures alij ante crucē obābulantes, multa tetra & horrenda cō tra illū dixere, quę à Matt. diligēter cōmemorā tur. Inter has grauissimas tentationes & contume-

Accusatio Christi.

Passio Christi.

tumelias, in ſummis his doloribus, Chriſtus in cruce expirauit.

Perſecutio contra Eccleſiam excitata.

Dum autem hæc pateretur Chriſtus, diſcipuli eius miſerè diſperſi ſunt, ingentemque & incredibilẽ dolorẽ ex Chriſti paſsione & morte fideles omnes perceperunt. Complures anxiè metuebant, ne actum iam eſſet de doctrina Euangelij. Itaq; perſecutio contra Chriſtum, totam Eccleſiam omnesq; fideles attigit & afflixit. Et ſi autem hoſtes Chriſti ſperabant ſe iam victores eſſe, & doctrinam Euangelij oppreſsiſſe, tamen ipſorum victoria phariſaicam doctrinam ne vno quidem apice meliorem, aut Euangelicam doctrinam deteriorem effecit. Neque enim ſequitur, Phariſæi Chriſtũ occiderunt, ergo doctrina eorũ vera eſt, Chriſti autem falſa.

Quare Chriſtum perſecuti ſint.

Cauſa autem quæ Phariſæos & omnes hoſtes Chriſti ad ipſum perſequendum impulit, non alia fuit, quàm quòd falſam ſuam doctrinam conſeruare, Euangelium verò eiusq; aſſertatores opprimere uoluerunt, quo ſecuri ſuo regno, voluptatibus & libidinibus frui poſſent. Noſtra etiam ætate, plerique Papiſtarum non aliam ob cauſam fideles perſecuuntur.

Conſolatio in perſecutionibus.

Conſolatur autem nos quòd in tanta afflictione, cum diſcipuli diſsipati eſſent, & Chriſtus ab omnibus deſertus, nihilominus diſcipulorum vnus Ioannes auſus eſt libere ad crucem Chriſti accedere, & fidelibus mulieribus

se coniungere Mariæ perpetuæ intemeratæque virgini nostri domini, Mariæ Magdalenæ, Cleophæ, & alijs. Hic nanq; in infirmitate virtus Dei declaratur. Similiter Ioſephus & Nicodemus fortiter se gessere. Quemadmodũ hodie quoq; fit, vbi enim veritas creditur oppressa graui persecutione, sic vt neminem habere videatur qui eius curam susciptat, tum sæpe per homines abiectos, aliquãdo etiã per claros & illustres, noua & bonæ spei plena initia iaciuntur, è quibus veritas mirum in modum augetur. Nequaquam igitur in grauissimis persecutionibus spem animumque abijcere oportet.

Aliter iudicandum est de Christi passione, quam de Sanctorum afflictionib.

Illud tamen ante omnia hic obseruandum est, longe aliter de morte & passione Christi iudicandum esse, quàm de morte & afflictionibus Ioannis atque aliorum sanctorum, qui ipsi quidem propter Deum & veritatem persecutionem passi sunt, & sanguine suo diuinæ veritati testimonium perhibuerunt, longe autem excellentius statuere de sanguine & morte Christi debemus. Nam sicuti ipse est æternus Dei filius, & vita omnium eorum qui in ipsum credunt: ita eius sanguis, mors ac passio est sacrificiũ expiatorium, & propitiatio pro peccatis totius mundi. Morte enim eius parta est nobis vita, & sanguine effuso adepti sumus remissionem peccatorum. Atque huic sententiæ testimonium perhibent omnes Prophe-

ticæ

pheticæ & Apoſtolicę ſcripturæ, præcipue epiſtola Pauli ad Hebræos. Itaq; vita noſtra & remiſsio peccatorum, poſita eſt in vnius Chriſti morte & paſsione, non autem in vllius ſancti martyrio aut paſsione.

Interea cũ Chriſtus ſit caput eccleſiæ ſuæ, atq; ipſe nihilominus tã multa perpeſſus ſit, eius exemplo ſibi quoq; multa patienda eſſe Eccleſia addiſcit, ſicut copioſius Euangelicis & Apoſtolicis literis traditur.

## *De tertia perſecutione, in qua Apoſtoli capti & flagellati ſunt, Stephanus lapidatus, Eccleſia Hieroſolymitana in exilium pulſa & diſperſa.*

### CAPVT VII.

TErtia perſecutio Eccleſiæ paulo poſt Aſcenſionem Chriſti in cœlos & Pentecoſten cepit, cum Apoſtoli ardenter Euangeliũ prędicarent, & magnas atq; præclaras Eccleſias Chriſto colligerẽt. Deſcribitur autẽ copioſe & accuratè admodũ in Actis Apoſt. Annũtiabãt tũ Apoſtoli publice Euangelium Chriſti Hieroſolymis, & prædicabãt in vno ac ſolo domino noſtro Ieſu Chriſto, crucifixo & à mortuis reſuſcitato, haberi peccatorũ remiſsionẽ et vitã æternam, ſi in illũ credatur, debere igitur omnes in illũ credere, baptizari, & ſe ſocietati Eccleſiæ adiũgere, reſipiſcere et ſancte viuere, neque ab vlla alia quacunque rę ſalutem

Apoſtolorum cœlos ncſ.

expectare, non enim esse vllum aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo seruentur quàm nomen Iesu Christi. Huiusmodi concio nes Scribæ & Seniores Hierosolymis ferre nõ poterant, ideóq; Apostolis manus iniecere, & illos in carcerem concluserunt, ac ipsos coram senatu statuerunt, expostulantes cum illis & eos obiurgantes interdixerunt illis ne Euange lium hoc de Iesu Christo annuntiarent Cõtra verò Apostoli libere confessi sunt, se in hac re ipsis nullo modo posse obedire, Deo enim ma gis quàm hominibus obediendum esse. Verũ seniores & magistratus multa & grauia illis comminabantur.

Moeror & preces Ecclesiæ.

Ecclesia verò propter hæc graui mœrore affecta, Deũ ar denter pro perseuerantia in Euangelio orabat. Cum autem Apostoli constã ter in docendo pergerent, & Christus veritatẽ doctrinæ eorum magnis miraculis confirmaret efficaciter in illis agens, sic vt magnus hominum numerus eos sequeretur, ita vt aliquot millibus subinde Ecclesia augeretur, tum verò magistatus denuo adorti Ecclesiam, Apostolos rursus in carcerem coniecere, atque eos interficere conati sunt. Verum illi intercessione & opera Gamalielis legisperiti, qui Pauli præ ceptor fuit, liberati sunt, interea nihilominus virgis cæsi sunt, & denuo grauiter illis interdictum est ne Euangeliũ de Iesu Christo annuntiarent. Sed illi è cõcilio & curia egressi, Deum

lauda-

laudabant, quòd digni habiti essent qui pro nomine ipsius contumelia afficerentur.

Breui postea beatus Stephanus ardens spiritu Christi, magnoq; zelo in Synagogis contra legis peritos disputans, et Christi doctrinã fortiter asserens, in carceré coniectus est, et in iudicium adductus, & falsò accusatus. Etsi autem præclara & graui responsione se defendisset, nihil tamen illum iuuit, morte enim damnatus & lapidibus obrutus est. Stephanus lapidatur.

Sequuta est breui postea vehemens & ſęua admodũ persecutio Christianæ Ecclesiæ, quæ à Luca in Actis Apostolorum his verbis describitur: Orta vero est per id tempus persecutio magna aduersus Ecclesiam quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ & Samariæ, præter Apostolos. Saulus vero vastabat Ecclesiam, intrans in singulas domos: & trahens viros ac mulieres, tradebat eos carceri Quin ipse Paulus de hac sua persecutione aduersus Ecclesiã, ita locutus est coram Agrippa rege: Equidem statueram mihi aduersus nomen Iesu Nazareni multa contraria facienda. Quod etiam feci Hierosolymis: & multos sanctorum ego carceribus inclusi, à principibus Sacerdotum potestate accepta, & quum interimerentur, tuli suffragium. Ac per omnes Synagogas sæpe ipsos puniens, coegi ad blasphemandum (hoc est ad Christianæ fidei abnegationem, quæ ingens est blasphe- Persecutio primæ Ecclesiæ. Act. 8. Act. 26.

mia)& ſupra modũ furens aduerſus eos,perſecutus ſum in exteras vſque ciuitates.

Cauſæ huius perſecutionis.

Cæterum Paulum, ſacerdotes,& Iudaicum populum vt Eccleſiã perſequerẽtur nihil fere aliud cõmouit,quã iniuſtus & intẽpeſtiuus zelus,quo æmulabantur pro lege Moſis & ceremonijs,quas errore ducti retinere & cõſeruare conabãtur,ideoq; Chriſto Euãgelióq; eius credere nõ poterant. Exiſtimabãt ſe iuſtificandos & ſeruandos per iuſtitiã legis. E contra Euangelium docet, nos non per opera legis,ſed per fidem in Chriſtum ſeruari. Ad hunc lapidem impegerunt Iudæi & ceciderunt atque perierunt: ſicuti etiã D. Paulus teſtatur his verbis: Teſtor enim de ipſis,eos zelũ Dei habere,ſed non ſecundum ſcientiã. Nam ignorantes Dei iuſtitiam,& propriam iuſtitiam ſtudentes cõſtituere,iuſtitiæ Dei non fuerunt ſubiecti. Nã finis legis eſt Chriſtus,ad iuſtitiam cuiuis credenti. Ac rurſus: Iſrael qui ſectabatur legem iuſtitiæ, ad legem iuſtitiæ non peruenit (hoc eſt iuſtitiam nõ eſt adeptus) Quia nõ ex fide, ſed velut ex operibus legis. Offenderunt enim ad lapidem offendiculi, quemadmodum ſcriptum eſt,Ecce,pono in Sion lapidem offendiculi & petram offenſionis, & quiſquis credit in eum,non pudefiet.

Rom. 10.

Rom. 9.

Cauſa perſecutionum noſtri temporis.

Noſtra quoq; ætate ob eaſdẽ plane cauſas Eccleſiã Chriſtianã perſequũtur omniũ maxime & vehemẽtiſsime illi,qui alijs meliores & minus

nus carnalibus affectibus dediti sunt. Oderũt enim Euangeliũ, & eius sectatores propterea persequũtur, quòd cõfitentur & acriter defendunt, nos per solam fidem in Christum, & nõ per vlla opera iustificari & saluari. Arbitrantur enĩ hac doctrina tolli & reijci ac pro nihilo haberi bona opera, homines fieri securos, et ad peccata prouocari, hoc autẽ nullo modo in Ecclesia ferendum esse. Verum longe alia est bonorum operum ratio quàm ipsi sentiant & dicant, neque enim hæc contemnuntur & nihili fiunt, quando iustificationis gloria, quæ vni Christo debetur, illis non attribuitur. Tribuitur autẽ iustificatio fidei, propterea quod hæc soli Christo innitatur, vt vnius Christi sit omnis gloria, ac ipse solus sit nostra salus & iustitia, sicut alibi plenius expositum est.

Antequam vero vlterius progrediamur, expendat quæso secum vnusquisq; persecutionẽ hanc aduersus primam Christi Ecclesiam, quã magna & grauis illa fuerit, & quòd hi qui nõ occisi sunt, nihilominus magnum dolorem ex fratrum suorum morte, supplicijs & cruciatibus perceperint, id quod Lucas quoq; non reticuit, sic scribens: Extulerunt autem vnà Stephanum viri religiosi, feceruntq; planctũ magnum super eum. Quantum verò molestiæ & miseriæ sensere illi, qui etsi non sunt occisi, bonis tamen omnibus exuti, in exilium pulsi, & ad inopiam atque paupertatem redacti sunt. Act. 8.

Simul vero quisque expendat quæ nam & qualis Ecclesia fuerit quæ tam grauem persecutionem passa est, nempe omnium sanctissima & perfectissima. Nam de illa Lucas testatur, ac scribit, Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Multitudinis autem eorum qui crediderant, erat cor & anima vna, nec quisquam aliquid eorum quæ habebat, suũ esse dicebat, sed erant eis omnia communia. Nullus autem erat egens inter eos. Item: Quotidie perdurabant concorditer in templo, laudantes Deum, & habentes gratiam apud totum populum. Fuere etiam in hac Ecclesia Apostoli domini, & Septuaginta eius discipuli, Ioseph Arimathiensis, Barsabas seu Barnabas, Nicodemus ac alij præstantissimi viri, & præcipuè sancta et intemerata virgo Maria mater Domini Iesu Christi, sanctæ præterea mulieres, quarum honor & virtus in Euangelica historia describitur. Nullæ præterea in hac Ecclesia erant sectæ, nulla schismata, numerus etiam fidelium superabat quinque millia. In summa nulla in terris Ecclesia fuit præstãtior, sanctior, perfectior & quæ Deo acceptior fuerit.

Act. 4.

Act. 2.

Non est quærendũ cur Christus Ecclesiam passus sit affligi.

Attamen Deus qui filium suum crucifigi sustinuit, passus etiam est sanctam istam Ecclesiam, in tantas afflictiones & plenam persecutionem, quam supra descripsimus, incidere. Quis autem est tam impius & curiosus, qui huius persecutionis causa Deo se opponere &

contra

contra eum disputare ausit, Cur scilicet passus sit tam grauiter affligi charissimos suos amicos, qui longe meliora meriti sint, & homines tam sanctos & pios, inter quos etiam mater Christi numeratur, cuius purissimum animū acutus mœroris & passionis gladius pertransiuit? Cur item Deus infidelibus Iudæis & hypocritis tantam potestatem in pios & iustos homines concesserit? Cur non manum porrexerit Ecclesiæ suæ, eamq; iuuarit, & effecerit vt neq; Stephanus lapidaretur, neq; Eccles. bonis suis exuta inops & exul fieret, & qui tā cōcorditer vixerant vna, tā misere summo cū dolore diuellerentur & dispergerētur à se inuicem? Deo nanque ita placuit, qui æterna sapientia est, & nihil iniquum facit. Quod autem Deo placuit, idipsum quoque placuit sanctæ huic Ecclesiæ, neq; illa murmurauit aut disputauit aduersus Dominum, sed persecutionem suam libenter excepit, & Dei gratia patienter pertulit, vtpote quæ sciret & crederet, Deum qui omnipotens & misericors est, persecutionem hanc ita moderaturum esse vt ad Ecclesiæ salutem cedat, idque factum est. Eodē modo omnes fideles in quibuscūq; persecutionibus animo affectos esse oportet, ac se placide diuinæ voluntati subijcere.

Prima Ecclesia nō ideo habuit falsam fidē quia persecutionem passa est.

Multo minus verò hic locum habet quorūdam ratiocinatio, qui ex persecutionibus colligunt, si doctrina vera esset & recta fides, Deū

Simul vero quisque expendat quæ nam & qualis Ecclesia fuerit quæ tam grauem persecutionem passa est, nempe omnium sanctissima & perfectissima. Nam de illa Lucas testatur, ac scribit, Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Multitudinis autem eorum qui crediderant, erat cor & anima vna, nec quisquam aliquid eorum quæ habebat, suũ esse dicebat, sed erant eis omnia communia. Nullus autem erat egens inter eos. Item: Quotidie perdurabant concorditer in templo, laudantes Deum, & habentes gratiam apud totum populum. Fuere etiam in hac Ecclesia Apostoli domini, & Septuaginta eius discipuli, Ioseph Arimathiensis, Barsabas seu Barnabas, Nicodemus ac alij præstantissimi viri, & præcipuè sancta et intemerata virgo Maria mater Domini Iesu Christi, sanctæ præterea mulieres, quarum honor & virtus in Euangelica historia describitur. Nullæ præterea in hac Ecclesia erant sectæ, nulla schismata, numerus etiam fidelium superabat quinque millia. In summa nulla in terris Ecclesia fuit præstãtior, sanctior, perfectior & quæ Deo acceptior fuerit.

Act. 4.

Act. 2.

Non est quærendũ cur Christus Ecclesiam passus sit affligi.

Attamen Deus qui filium suum crucifigi sustinuit, passus etiam est sanctam istam Ecclesiam, in tantas afflictiones & plenam persecutionem, quam supra descripsimus, incidere. Quis autem est tam impius & curiosus, qui huius persecutionis causa Deo se opponere &

contra

contrà eum disputare ausit, Cur scilicet passus sit tam grauiter affligi charissimos suos amicos, qui longe meliora meriti sint, & homines tam sanctos & pios, inter quos etiam mater Christi numeratur, cuius purissimum animũ acutus mœroris & passionis gladius pertransiuit? Cur item Deus infidelibus Iudæis & hypocritis tantam potestatem in pios & iustos homines concesserit? Cur non manum porrexerit Ecclesiæ suæ, eamq; iuuarit, & effecerit vt neq; Stephanus lapidaretur, neq; Eccles. bonis suis exuta inops & exul fieret, & qui tã cõcorditer vixerant vna, tã misere summo cũ dolore diuellerentur & dispergerẽtur à se inuicem? Deo nanque ita placuit, qui æterna sapientia est, & nihil iniquum facit. Quod autem Deo placuit, idipsum quoque placuit sanctæ huic Ecclesiæ, neq; illa murmurauit aut disputauit aduersus Dominum, sed persecutionem suam libenter excepit, & Dei gratia patienter pertulit, vtpote quæ sciret & crederet, Deum qui omnipotens & misericors est, persecutionem hanc ita moderaturum esse vt ad Ecclesiæ salutem cedat, idque factum est. Eodẽ modo omnes fideles in quibuscũq; persecutionibus animo affectos esse oportet, ac se placide diuinæ voluntati subijcere.

Prima Ecclesia nõ ideo habuit falsam fidẽ quia persecutionem passa est.

Multo minus verò hic locum habet quorũdam ratiocinatio, qui ex persecutionibus colligunt, si doctrina vera esset & recta fides, Deũ

ipſis auxilio fore, neq; ipſos in eorum poteſtatem daturum qui prorſus circa doctrinam & fidem aberrant. Nam in primæ Eccleſiæ perſecutione iſti quidem quoad corpus victoria potiti ſunt, quorũ fides falſa erat, illi verò qui rectæ ſentiebant perſecutionem paſsi, pulſi & cæſi ſunt: neque tamen ipſa clades quicquam rectę fidei nocuit. Noſtra quoque ætate non aliter ſe res habet, neque propter perſecutionem quam ſuſtinet Eccleſia, fides eius & doctrina minoris æſtimanda, aut propterea deterior iudicanda eſt. Vera fides & doctrina nulli victoriæ ſed ſoli Deo et Verbo eius innititur.

## *De quarta perſecutione, in qua beatus Iacobus Apoſtolus occiſus eſt, & Petrus in carcerem coniectus.*

### CAPVT VIII.

D. Iacobus apoſtolus occiditur.

CIrca annum Chriſti 45. Herodes cognomento Agrippa, Herodis Magni filius & Antipæ frater, quartam perſecutionem aduerſus Eccleſiam cõmouit, cuius meminit Lucas Act. 12. cap. Is cõmemorat Herodẽ decreuiſſe quoſdã ex Eccleſia male accipere: interemiſſe autẽ gladio Iacobũ fratrẽ Ioannis Euãgeliſtæ (qui etiam vnus fuit è tribus illis quos dominus familiariſsimos habuit, & quib. myſteria ſua patefecit) neq; cõtentũ hoc ſęuo facinore, ſed perrexiſſe et Petrum quoq; in carcerem cõieciſſe, eo conſilio vt etiã ipſum mortis ſupplicio afficeret. Quos

Quoniã verò hi duo præcipui inter apoſtolos erant, magnũ dolorem & mœrorẽ vniuerſa Eccleſia propter hãc perſecutionẽ paſſa eſt, & præcipuè Ioãnes fratris morte triſtitia affectus eſt. Metuebat quoq; Eccleſia ne fidelẽ paſtorẽ Petrũ amitteret, et vnà cum Iacobo ipſo quoq; priuaretur, ideoq; Luc. ſcribit Eccleſiã aſsiduas preces ad Deum pro Petro fudiſſe: neque etiam inefficaces preces illæ fuerunt. Nã angelus Domini ad Petrum in carcerem venit, atq; eum è cuſtodia militũ liberauit, catenas et vincula eius ſoluit, ferream portam aperuit, eumq; liberũ in publico vico conſtituit, vnde poſtea ſtatim Hieroſolymis exceſsit.

Eccleſia orat pro Petro.

Afflictionem tantam Eccleſia patienter ſuſtinuit, neq; aduerſus Chriſtum murmurauit, expoſtulans cum eo, cur Herodi improbo nebuloni, tantam poteſtatẽ contra chariſsimos ſuos concederet? Cur tanto mœrore Eccleſiam, & ſingulariter Ioannem diſcipulorũ chariſsimum affici paſſus ſit? Cur non Iacobum æque ac Petrum liberauit? Nouerãt enim Deũ nihil temere & abſque cauſa, ſed omnia bene & iuſte facere. Quamobrẽ oportet fideles ſemper in perſecutionibus eodem modo animo affectos eſſe. Nam ſi vnquam querelis apud Deum opus fuiſſet, hic illis opus erat: ſed nullę querelæ, nulla murmura audita fuerunt, ſeriæ tantũ & humiles preces. Quare fideles in rebus aduerſis, precibus ſuis ad Deũ cõfugiãt,

Eccleſia nõ diſceptat cum Deo.

eius gratiam implorent, vt omnia ad sui nomi nis gloriã & nostrã salutem regat, & quicquid ille fecerit se eius sanctissimæ voluntati liben ter subijciant.

Doctrina eorum qui patiuntur nihilominus uera est.

Præterea nemo in prima Ecclesia Apostolorũ doctrinam in dubiũ propterea vocauit, quòd Iacobus gladio cęsus fuerat, & Petrus in carcerem coniectus. Nemo eorum dixit, Si vera & recta esset Apostolorum doctrina, nõ siuisset illos Deus opprimi ab eo rege qui in fide errabat, & turpis ac sceleratæ vitæ erat. Ideó que hodie quoq; Euangelij doctrina non est ideo in dubium reuocanda, quòd eius doctores & sectatores in manus hostium Euangelij à domino traduntur, & misere atque crudeliter tractantur: nã veritas nihilominus immortalis & inuicta est. Paulus in eadem causa scripsit, se Euangelij gratia affligi vsq; ad vincula, sed sermonem Dei non esse vinctum.

2. Tim. 2.

Causæ persecutionis Herodianæ.

Herodem autem vt Ecclesiam persequeretur impulit animus ipsius peruersus, qui fastidiebat Christũ, & eius verbũ. Accedebat huc quòd Iudæi auide sitiebant Apostolorum sanguinẽ, Herodes igitur vt sibi gratiam eorum conciliaret, Apostolorũ sanguinem profudit. Testatur hoc Lucas his verbis, Et quum vidisset hoc (quòd scilicet Iacobum gladio interemerat) gratũ esse Iudæis, perrexit compræhendere etiã Petrum, volens post Pascha producere cũ populo. Quemadmodum nostrã quoq;

ætate

ætate multi principes non aliã ob cauſam fideles perſecuuntur, quã vt hac laniena gratificẽtur ſanctis illis Romanis patribus eorumque ſectatoribus, qui etiã inſatiabiliter ſitiunt omniũ illorũ ſanguinem, qui ſoli Chriſto & Euãgelio adhærent, eorumque ſuperſtitionem & idololatriam nihili faciunt & horrent.

## *De quinta perſecutione, in qua Paulus cum Eccleſia Chriſtiana multa paſſus eſt, & Apoſtoli vitam afflictionibus plenam effuſo ſanguine finierunt.*

### CAPVT. IX.

QVinta perſecutio contra Paulum apoſtolum annis pluribus durauit, Eccleſia quoque Euangelio credens cũ propter Paulum cui compatiebatur, tum Chriſti & Euangelij cauſa multas afflictiones & miſerias experta eſt, atque ita huius perſecutionis particeps facta eſt.

Cum enim Paulus Damaſci incepiſſet Euãgeliũ prædicare, circa annũ Chriſti 34. & per Arabiam profectus Damaſcum rediiſſet, & illic acriter contra Iudæos diſputaret, ibi Aretas rex adſeruatis portis vrbis Paulum quærebat, vt eum interimeret, fideles cum aliter non poſſent, Paulum fune in ſporta per murum demiſerunt, & ita magna cura & ſollicitudine in vita conſeruarunt. Act. 9. 2. Cor. 11.

Antiochię etiam in Piſidia Paulus inſignẽ Act. 13.

Ecclesiam Christo ex gentibus & Iudæis colle
git, sed Iudæi qui Christum recipere noluerãt,
persecutione aduersus Paulum & Barnabã ex
citata, ipsos vrbe & regione eiecerunt.

Act.14. Iconij quoq; Iudæi rursus seditionem con-
tra Paulum excitarunt, atq; ipse vnà cum Bar
naba comite suo, fuga sibi consulere coactus
est. Lystris etiam ijdem Iudæi Paulum ita in
odium vocarunt, vt lapidatus & pro mortuo
extra vrbẽ tractus fuerit: verũ Christus ipsum
denuo ad sui ministerium excitauit.

Act.16. Philippis in Macedonia, Paulus vnà cum
collega suo Sila captus, virgis cæsus, & in du-
rissimum carcerem coniectus fuit, è quo ta-
men Christus ipsum liberauit, vt adhuc pluri-
bus gentibus Euangelium prædicaret.

Act.17. Præterea etiam Thessalonicę grauis rursus
seditio aduersus Paulum commota est, atque
ipsum fideliũ auxilio noctu effugere oportuit.
Similia passus est Berrœæ. Athenis philoso-
phi & sapientes huius mũdi ipsum nugatorẽ
esse calumniabantur, contumelijs afficiebant
& irridebant: sicut & Domino ipsi accidit. Itẽ
Act.18. in celeberrima Græciæ vrbe Corintho, captus
& ad tribunal præsidis adductus est, ac gra-
uiter accusatus, sed hic quoque Dominus ip-
sum ex potestate hostium suorum libera-
uit.

Act.19. Quàm grauia verò Paulus in Asia Ephe-
2.Cor.1. si passus sit, ab ipso his verbis commemora-
tur:

tur: Non enim volumus vos ignorare fratres de oppreſsione noſtra, quæ nobis euenit in Aſia, nos ſummè grauatos fuiſſe ſupra vires, adeò vt prorſus animi penderemus, etiam quod ad vitam. Sed ipſi apud nos decretum mortis habuimus, ne confideremus in nobis ipſis, ſed in Deo qui mortuos excitat. Extat etiam apud Lucam in Actis elegans admodum Epheſini tumultus deſcriptio. Fideles autem Epheſinæ eccleſiæ, huius tumultus cauſa in magna anxietate & ſolicitudine, & periculo quoque fuerunt, atque etiam propter perpetuas inſidias & perſecutiones, quibus ipſos infideles, Iudæi & Gentes perſequebantur.

Poſteaquã verò Paulus poſt tot pericula, afflictiones, & labores grauiſsimos, Hieroſolymam venit, afferens ſecum præclarum & opulentum munus ſeu ſtipem, quam pro pauperibus illius vrbis & regionis collegerat, ibi rurſus Iudei publicè in tẽplo atrociſsimã ſeditionẽ excitarunt, atq; ipſum captũ crudeliter cęciderunt, ita vt actum de illo fuerit, niſi tribunus cum militibus accurrẽs ipſum ex eorum manibus eripuiſſet. Act. 21.

His actis à tribuno in iudicium Eccleſiaſticum adductus eſt, vbi etiam cæſus & indigne tractatus fuit. Poſtea propter ingentes Iudæorum inſidias, addito præſidio militari equitũ & peditum, Hieroſolymis Cæſaream ad Fe- Act. 23.

licem præsidem missus fuit. Coram hoc principes Iudæorum ipsum denuo in iudicium vocarunt & accusarunt, & quamuis nullius iniquitatis conuinci posset, nihilominus integro biennio in vinculis detentus fuit.

Act. 25. Act. 27.

Adhæc à Festo quoq; nouo præside qui felici successerat, male acceptus, ac tandē Centurioni & militibus vnà cum alijs captiuis traditus & naui impositus, longo & periculoso itinere Romam adductus est.

Act. 28.

Porrò Romæ imperante Nerone, iterum biennio captiuus mansit. Existimant autem quidam ipsum hoc tempore à Nerone gladio cæsum esse: alij verò arbitrantur ipsum à Nerone in iudicio absolutū, vt ipsemet. 2. Timoth. 4. testatur, atque ita liberatum recta in Hispaniam abijsse, sicuti antea in Epistola ad Romanos indicarat profectionem istam sibi cordi esse. Ab Hispanijs tradunt eum per Hispaniā & Galliam profectum esse, secundo Romam veniisse vltimis annis imperij Neronis, & tum demum iussu Neronis gladio cæsum esse. Verum nos hoc in medio relinquimus; illud constat, & in eo omnes consentiunt, sanctissimum Apostolum Paulum Romæ à Nerone capite mulctatum.

Paulus in Hispania, Gallia, Italia docet. Rom. 15.

Pauli ingētes labores & afflictiones.

Porrò labores, afflictiones, & varias calamitates, quas nullius criminis causa, sed propter Christum, eius verbum & Ecclesiā passus est, Apostolus ipse, opponens illa suis hostibus & falsis

falsis Apostolis, breui catalogo comprænendit his verbis: Ministri Christi sunt? (desipiēs loquor) supero ego: in fatigationibus amplius: in vulneribus supra illos: in carceribus amplius: in mortibus, sæpe. A Iudæis quinquies accepi quadragenas plagas, vna minus. Ter virgis cæsus fui, semel fui lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi. In itineribus sæpe fui, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis à meis gentilibus, periculis in Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres. In fatigatione & ærumna, in vigilijs sæpe, in fame & siti, in ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate. Absque ijs quæ extrinsecus eueniunt, vrget agmen illud in me quotidiè consurgens, id est, sollicitudo de omnibus Ecclesijs.

2. Cor 11.

Deut. 25.

Num igitur ex tot afflictionibus Pauli, & hostium ipsius victoria & prospera fortuna, conficietur doctrinam Pauli falsam fuisse? alioquin Deum defensurum ipsum fuisse, neq; passurum vt calamitatibus & contumelijs premeretur? Num verò propterea disceptabimus aduersus Deum, cur improbis hominibus tantū permittat aduersus fideles & sanctos suos ministros? aut cur patiatur sanctam Christi Ecclesiam tam multa cùm in se, tum in Paulo fideli suo pastore pati? Pij omnia hæc patienter tolerarunt & superarunt, & constanter in doctri

Pauli doctrina propter afflictiones non est falsa.

licem præsidem missus fuit. Coram hoc principes Iudæorum ipsum denuo in iudicium vocarunt & accusarunt, & quamuis nullius iniquitatis conuinci posset, nihilominus integro biennio in vinculis detentus fuit.

Act. 25. Act. 27. Adhæc à Festo quoq; nouo præside qui felici successerat, male acceptus, ac tandē Centurioni & militibus vnà cum alijs captiuis traditus & naui impositus, longo & periculoso itinere Romam adductus est.

Act. 28. Porrò Romæ imperante Nerone, iterum biennio captiuus mansit. Existimant autem quidam ipsum hoc tempore à Nerone gladio cæsum esse: alij verò arbitrantur ipsum à Nerone in iudicio absolutū, vt ipsemet. 2. Timoth. 4. testatur, atque ita liberatum recta in Hispaniam abijsse, sicuti antea in Epistola ad Romanos indicarat profectionem istam sibi cordi esse. Ab Hispanijs tradunt eum per Hispaniā & Galliam profectum esse, secundo Romam veniisse vltimis annis imperij Neronis, & tum demum iussu Neronis gladio cæsum esse. Verum nos hoc in medio relinquimus; illud constat, & in eo omnes consentiunt, sanctissimum Apostolum Paulum Romæ à Nerone capite mulctatum.

Paulus in Hispania, Gallia, Italia docet. Rom. 15.

Pauli ingētes labores & afflictiones. Porrò labores, afflictiones, & varias calamitates, quas nullius criminis causa, sed propter Christum, eius verbum & Ecclesiā passus est, Apostolus ipse, opponens illa suis hostibus & falsis

falsis Apostolis, breui catalogo compræhendit his verbis: Ministri Christi sunt? (desipiēs loquor) supero ego: in fatigationibus amplius: in vulneribus supra illos: in carceribus amplius: in mortibus, sæpe. A Iudæis quinquies accepi quadragenas plagas, vna minus. Ter virgis cæsus fui, semel fui lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi. In itineribus sæpe fui, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis à meis gentilibus, periculis in Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres. In fatigatione & ærumna, in vigilijs sæpe, in fame & siti, in ieiunijs sæpe, in frigore & nuditate. Absque ijs quæ extrinsecus eueniunt, vrget agmen illud in me quotidiè consurgens, id est, sollicitudo de omnibus Ecclesijs. 2. Cor 11. Deut. 25.

Num igitur ex tot afflictionibus Pauli, & hostium ipsius victoria & prospera fortuna, conficietur doctrinam Pauli falsam fuisse? alio quin Deum defensurum ipsum fuisse, neq; passurum vt calamitatibus & contumelijs premeretur? Num verò propterea disceptabimus aduersus Deum, cur improbis hominibus tantū permittat aduersus fideles & sanctos suos ministros? aut cur patiatur sanctam Christi Ecclesiam tam multa cùm in se, tum in Paulo fideli suo pastore pati? Pij omnia hæc patienter tollerarunt & superarunt, & constanter in doctri Pauli doctrina propter afflictiones non est falsa.

na ſub cruce perſeuerarunt.

Cauſæ huius perſecutionis.

Cæterùm non aliã ob cauſam Iudæi Paulo & Eccleſiæ hoſtes fuerunt, quàm ob illã ipſam qua eos cõmotos Chriſtum & Apoſtolos perſecutos eſſe ſuprà expoſuimus.

Omnes Apoſtoli poſt multas afflictiones ſanguine uitam finierunt.

Teſtantur prẽterea hiſtoriæ 12. Apoſtolos in omni vita ſua & cũcto tẽpore miniſterij Euangelici graues afflictiones ſuſtinuiſſe, ac omnes propter Chriſtum & verbum eius ab hoſtibus cæſos eſſe.

Petrus & Andreas.

Etſi enim de mortis genere nõ omnes inter ſe cõſentiunt, vniuerſi tamẽ hoc cõſtanter affirmãt, miſerè ipſos trucidatos eſſe. Petrus enim & frater eius Andreas ãbo crucifixi ſunt. Iacob' maior, vt ſuprà expoſuimus, ab Herode Agrippa capite mulctatus eſt. Frater huius Ioãnes Euangeliſta dilectus Chriſti diſcipulus, ſolus omniũ naturali morte obijſſe dicitur. Nihilominus tamen ex Aſia vſq; Romam vinctus et captus ad Cęſarẽ Domitianũ ductus eſt, atq; illic vt Tertul. ſcribit, feruenti oleo ĩmerſus fuit. Poſtquã verò Deo ipſum tuente id nihil vitæ eius nocuit, in Patmũ inſulã relegatus eſt. Philippus cruci affixus, & in cruce pendẽs lapidatus eſt. Bartholomæũ aiũt crudeliſsimè ab hoſtibus ſuis excoriatũ eſſe, & demũ capite cęſũ. Alij verò ipſum exuſtũ tradũt. Thomã hoſtes Chriſti cõfoderũt. Idẽ de Matthæo traditur, Iacob. minor. Eccleſię Hieroſolymitanę paſtor & doctor, ex alto pręceps datus fuit, ac poſtea cæſus

Philippus & Bartholomæus.

Thomas et Matthæus. Iacobus minor.

cęsus et lapidibus percussus est donec moreretur: Similiter ambo Apostoli Simon et Iudas Thad. vitā finierūt, in quodā idolorū templo ab Ethnicis cęsi. Mathiā quidā etiam crucifixū tradunt, alij lapidibus obrutū aut capite trūcatum. Omnes hi non tantū ore & doctrina, sed sanguine suo testimoniū perhibuere Christo, & veritati Euangelij quod prædicabāt, ac pro illo magno animo & libenter mortui sunt.

Simon & Iudas.

Matthias.

Quoniā verò omnes Apostoli ab hostibus Dei cęsi sunt, & illi quod ad corpus eos superarunt, num ꝓpterea dicemus superstitiones hostiū Dei rectas esse, et Apostolorū religionem atq; doctrinā falsam? Quis vero Deū in ius vocabit, ꝓpterea quòd suos ab ignominiosa morte nō liberarit, sed pessimis omniū mortalium tātā potestatē cōtra sanctos Apostolos cōcesserit, vt ipsos quamuis veritatis ministros, & īnocētes homines, tamen quasi maximos Dei hostes, maleficos et facinorosos (tales enī esse accusabātur) trucidarēt? quapropter nostra quoq; ætate in simili causa de eorum fide & doctrina, qui propter Christum ignominiosè occiduntur, ita iudicandum est, vti se res ipsa verè coram Deo habet.

NOTA!

*De 6. persecutione cuius author fuit Nero: itē, de 7. Domitiani Cæsaris, & 8. Vlpij Traiani.*

# DE PERSECVTIONIB.

## CAPVT X.

PAulus Orosius vetus historicus, qui tempore Diui Augustini vixit, & ad eundem septem libros historiarum conscripsit, persecutiones aduersus ecclesiam Christianam ab ea numerare incipit, quam Nero commouit, quam etiam primam nominat, eum autem posteriores historici secuti sunt. Nos quoque in describendis persecutionibus eum ordinē seruabimus, quo sese consequuntur. Sed cum manifestum sit commemoratas quinq; persecutiones his priores fuisse, vt sacræ literæ testantur, eam quam Orosius primam facit, nos sextam statuimus: quamuis in hac re parum aut nihil momenti situm sit.

Nero Imp. persequitur Christianos.

Scribit autem Orosius, Neronem primum (scilicet inter Romanos Imperatores) Romæ & in omnibus Romani imperij prouincijs iussisse Christianos cruciari & trucidari. Fuisse enim hoc illius propositum, vt Christianam fidem & omnes vbiq; Christianos extirparet.

Turpes causæ huius persecutionis.

Quæ verò causæ Neronem ad Christianos persequendos impulerint, non tam diligenter à Christianis historicis expressum est, atq; ab Ethnicis, Suetonio, Tranquillo in vita Neronis, & Cornelio Tacito lib. 15. Augustæ historiæ. Fuit Nero Imperator omnium scelerum sentina, præcipuè tamen libidinibus, incestis & inauditis turpiter contra omnem naturam sese polluit, ita vt in omnibus historijs vix parem

tem habeat. Hæc autem horrenda ſcelera Romæ palàm abſq; ullo pudore patrabat, in conſpectu Senatus populiq́ue Romani. Verum nemo omnium erat qui illi contradiceret, nedum qui corripere & punire eum conaretur, ſed omnes conniuebant, faciente interim turpiſsima illa beſtia quicquid libuiſſet.

Deus Romam per Neronem punit, ſicuti Sodomam.

Quare Deus iratus Romanæ vrbi, eam ſicuti Sodomam & Gomorram igne punijt, idq́ue per Neronem ipſum, quem omnes ferebant, cum tamen propter Sodomitica ſua ſcelera comburendus eſſet. Cum igitur Roma illi conniueret, neque id faceret quod oportebat, turpis Sodomita Nero nequam vrbē Romam ipſe incendit. Nam cum quædam pars Romanæ vrbis Neroni diſpliceret, quòd illic paruæ domus eſſent, & anguſtæ admodū vię, eam incendi curauit, ſcilicet, vt poſt incendiū ſplendidius & elegantius ædificaretur. Ipſe interim ignē è turri Mecœnatis ſpectabat, dicēs, ſe valde cupiuiſſe videre incendium Troiæ, id quod aliquo modo nunc contemplaretur in hoc vrbis incendio: interea canebat excidium Troiæ, & ſeipſum ingentis incendij aſpectu oblectabat. Suetonius refert vrbem Romam ab eo tempore quo condita eſt, nunquam tantum ex incendio damnum accepiſſe: ignem enim continenter arſiſſe ſex diebus & totidem noctibus. Idem quoque diligenter à Tacito deſcribitur.

Nero incendium Christianis imputat.

Cum autem ignis Deo irato longius quàm Nero putasset exarsisset, & damno irreparabili vrbẽ affeciſſet, ciues qui tantã iacturã fecerant, admodum cõmoti et irati fuerunt. Nero igitur Imp. vt inuidiam facti à se auerteret, in vulgus sparsit culpam omnẽ huius damni penes Christianos esse, eos enim esse hostes Deorũ & religionis Romanę, & pessimos incẽdiarios, qui tantũ damni vrbi dederint. Vt autẽ fama hæc authoritatem aliquam nanciscereturr, Christianos quàm plures in carceres coniecit, et tormẽtis adegit, vt faterentur vrbem à se incensam. Inuenti igitur sunt nonnulli, qui cum tormenta ferre non possent, sed mori mallent, falsò se ipsos & alios Christianos accusarunt, & confessi sunt vrbem à se fuisse incensam.

Neronis persecutio aduersus fideles Christianos.

Mox igitur edictum ab Imperatore contra Christianos publicatũ est, quo iubebãtur Romæ et in omnibus prouincijs extirpari, vti hostes Deorũ & religionis Romanę, & homines incendiarij. Atq; hoc fuit initium supplicioru & lanienæ illius. Aliqui enim cõtumeliæ & ludibrij causa tergoribus ferarum insuti sunt, vt Tacitus scribit, et canibus ad lacerandum obiecti. Alij combusti sunt: nõnulli suspensi & crucifixi, & tã varijs & immanibus supplicijs sublati, vt (sicut Tacitus scribit) ipsa plebs Romana magna erga eos misericordia afficeretur. Sed apud Neronẽ nulla erat misericordia, nullus finis tormentorum. In hac persecutione occisi sunt

cisi sunt, vt historici testantur, & nos ante commemorauimus, Petrus & Paulus Apostoli. Enumerantur etiam à Chronographis multi præclari & sancti viri, qui in hac persecutione gráues afflictiones & contumelias, & amarum mortis supplicium passi sunt, non tantũ Romæ, sed passim quoque in Romani imperij prouincijs.

Cum autem hæc persecutio à Nerone turpé & horrendam ob causam excitata sit, quis propterea Deum in ius vocabit, quòd scelerato & Sodomitico homini tantã potestatẽ concesserit contra tot millia sanctorũ & innocentũ hominũ, imò amicorũ dei? aut cur passus sit Christianos pro incendiarijs cõburi, & non potius Neronem verum incendiarium & Sodomitã in mediũ protractũ populo laniandum obiecerit? Quando igitur nostra ætate similia accidunt, omnes humiliter se subijciant potẽti manui Domini, crucé â Deo impositã patiẽter ferãt, Deũ celebrent & cõstanter eius verbo adhæreãt. Illud enim etiã Neronis tẽpore nihilominus verũ & rectũ fuit, quamuis fideles interim pati oporteret, Nerone interim cũ sua gentili fide & superstitione vincẽte et dominante.

Nõ esse dis ceptandum cum Deo.

Deinde circa annum Christi nonagesimum septimũ, intolerabili & diabolica superpia se extulit Domitianus Imp. Vespasiani filius, Titi frater, à quibus Hierosolymorum vrbs euersa, Iudæi bello superati & oppressi fuerunt.

Diabolica superbia Domitiani.

Etenim hunc non puduit se Deum ac Dominum iactare, & ab omnibus sic nominari & coli voluit, & quod nemo Cæsarum ante ipsum
NOTA. postularat, pedes sibi osculari iussit, & hoc nemo Imperatorum qui illum secuti sunt imitatus est, præter vnum Diocletianum crudelem tyrannum & latronem sanctorum hominum.

Persecutio ecclesię sub Domitiano

Hic igitur Domitianus septimam aduersus Christianos persequutionem promulgauit, in qua complures sancti homines in exilium pulsi sunt, multi cæsi, aut bonis spoliati, & tormentis excruciati. Inter hos Ioannes Apostolus, &

Ioannes Euangelista.

& Euangelista Epheso Romam captiuus adductus est ad Cæsarem, & illic excruciatus. Flauia quoque Domicilla ex præcipua nobilitate vrbis, cum multis alijs à Domitiano relegata fuit. Verum Ioannes postea Ephesum redijt, & illic mortuus est anno Domini 102. à passione autem Christi 68. Traiani Imperatoris tertio.

Postea circa annum Christi 110. Vlpius Traianus, magnus alioqui & victoriosus Imperator, octauæ persecutionis aduersus Christianos Romæ & in Romano imperio author

Cur Cæsares Christianos persecuti sint.

fuit. Ac ipsum & eos qui ipsum secuti sunt Imperatores, id potissimũ ad persequendos Christianos impulit, quôd existimarent nullum schisma in imperio ferendum esse, præsertim in religione, sed vnicam duntaxat religionem retinendam esse, eam nempe quam maiores ip-

sorum

ſorum habuerint. Diſsimilitudinem namque religionum parere graues contentiones & diſsidia ; id autem in nullo imperio ferendum eſſe. Præterea calamitates & pœnas graues metuendas eſſe, ſi Dij non amplius conſueto more adorentur & colantur, ideóq; Chriſtianos quia templa, aras, ſacrificia, imagines, & dies ipſorum feſtos abominẽtur, & Romanorum Deos atq; religionem culpent & contemnãt; nullo modo ferendos eſſe. Quamobrem ſi quę calamitates orirentur in Romano Imperio, vt ſunt tempeſtates, annonæ caritas, fames, bella, ſeditiones, peſtis, morbi aliæque pœnæ, ſtatim Romani omnium calamitatum culpam in Chriſtianos conferebãt, qui ipſorum Deos & religionem contemnerent, & illi prorſus contraria facerent. Ipſos enim vnum Deum adorare, & tantum Chriſtum Dei filium pro vnico ſeruatore colere, & apertè teſtari Romanam religionem falſam & ex diabolo eſſe, ipſorum verò fidem in Chriſtum, ſolam eſſe veram & rectam, neq; Deum colendum eſſe imaginibus & templis, ſacrificijs, feſtis, ſed in ſpiritu & veritate iuxta verbum ſuum.

Vide lib. Cyp. cõtrà Demetria.

Romani igitur & reliquæ gentes per orbem terrarum, toti ſuis ſuperſtitionibus dediti erant, & vitam, fortunas, ſanguinemq; ſuum animosè ad defendendam religionem ſuã profundebant, & alios vt firmiter eandem tenerẽt hortabantur. Iactabant enim ſe hanc religionẽ

Quid gentes in ſua ſit perſtitione retinuerit;

accepiſſe â ſuis maioribus, qui non homines ſtolidi ſed ſapientiſsimi viri fuerint: eſſe etiam in collegijs ſacerdotum complures doctos homines: præterea magnis prodigijs & miraculis ipſorum fidem eſſe confirmatam: ſe dum hanc religionem ſectantur, multis victorijs potitos, & totius orbis imperium adeptos eſſe, ſe omnem fortunam & ſalutem religioni ſuæ debere, quæ iam aliquot millibus annorum durarit, neq; noua & 30. tantum annorum ſit, vt Chriſtiana fides: Deos ſuos ſibi propitios eſſe & beneficos, ac opem ferre vt nulla re egeant, contrà verò Chriſtianos egenos & infortunatos eſſe: Ideoq; iniquum eſſe ſi vel pilum larũ cedant, aut veteris & victricis religionis ſacrilegos hoſtes ferant. Hæ igitur cauſæ quas iam cõmemorauimus, Romanos Imperatores ad perſequendum Chriſtianos cõmouerunt. Perſecutionum quoque noſtræ ætatis non multum diſsimiles cauſæ ſunt, ſi quis vtraſq; exactius perpendat.

Traiani perſecutio.

Igitur in iſta perſecutione à Traiano commota, ineffabilis quodammodo vis Chriſtiani ſanguinis effuſa eſt. Hieroſolymjs Simeõ eius vrbis Epiſcopus, annos natus 120. crucifixus eſt. Beatus etiã Ignatius Chriſti ſeruus, & Apoſtolorũ diſcipulus, Antiochia, vbi Epiſcopus erat, Romam addu ctus eſt, & feris beſtijs obiectus, & ab illis laniatus fuit. Tanta autem fuit laniena, tam immanis effuſio ſanguinis Chriſtiani,

stiani, vt Plinius secundus, vir sapiens & præ-
ses Imperatoris, Cæsari scriberet, & Christia-
nis præclarum innocentiæ ipsorum testimo-
nium daret. Extant literæ lib. 10. Epistolarum
Plinij. Atq; hac ratione aliquantulum Chri-
stianis consultum fuit.

Plinius in-
tercedit
pro Chri-
stianis.

Verùm propter hanc persequutionem ma-
gnam, quæ diu durauit, & multa millia Chri-
stianorum abstulit, Christiana religio non de-
bet falsa aut aliquanto deterior æstimari, vel
Romanorũ gentilis religio recta & firma. Nã
in vniuerso terrarum orbe, atq; omnibus tem-
poribus, sola Christiana religio vera, recta &
constans est: neq; etiam Deus aberrauit, tan-
tum Ethnicis potestatis aduersus fideles per-
mittens. Nam simul etiam Christianam fidem
supplicijs & sanguine innocentum non immi
nuit, sed potius vbique terrarum auxit, ideóq;
rectè apud veteres in prouerbium abijt, Inno
centi Christianorum sanguine lætificari ag-
tum Ecclesiæ Christi. Quare nunc quoque
omnes bona spe simus in medijs persequutio-
nibus & effusione miseri & innoxij sangui-
nis Christiani.

Deum iu-
stum, et fidē
ueram esse.

*De nona persequutione, cuius*
*authores fuere Antoninus Ve-*
*rus cum fratre Lucio, et qui nam*

*viri præclari apologias fidei Christianæ Imperatoribus obtulerint.*

## CAPVT XI.

ANno Christi 170. & 178. Romani Imperatores, M. Antoninus Verus, & eius frater Lucius, non alias ob causas quàm quę supra commemoratæ sunt, omnes Christianos per vniuersum Romanũ imperiũ grauiter persecuti sunt. Persequutionẽ istã historici quartã nominant, ego verò nonam. Quod si quis desiderat eius copiosam & exactam descriptionem, legat quartum & quintum librum Ecclesiasticæ historiæ Eusebij. Occisi autem sunt in hac persequutione non tantum multi ex Ecclesia Christianorum, verùm etiam præcipui & celeberrimi doctores illius ætatis, qui Christianam religionem docendo & scribendo docuerunt, propagarunt, & defenderũt, ac doctrinam suam sanctissima vita ornarunt, & sanguine suo illi testimonium perhibuerunt. Inter hos fuit Polycarpus Apostolorum discipulus, & senex admodum, Ecclesiæ Smirnensis ministeꝛ, quem doctorem Asiæ & Christianorum patrem nominarunt, deinde sanctus & laboriosus admodum Christi minister Pionius: ambo hi cum multis alijs præclaris Christianis cõbusti sunt. Præterea doctissimi viri et fideles Christi ministri, Iustinus Philosophus, & Irenæus Lugdunensis in Gallia Episcopus, quo-

Persecutio Antonini Veri.

Polycarp.

Pionius.

Iustinus.

Irenæus.

quorum libri pro Christiana religione contra omnis generis hæreſes & errores ſcripti, etiam nũ extant, gladio interempti ſunt.

Præcipuè tamẽ Lugduni & Viennæ in Gallia ad Rhodanum fluuium, crudeliter & inhumaniter ſæuitum eſt. Deſcribitur hæc perſecutio à miniſtris Chriſti Viennæ & Lugduni habitantibus, epiſtola ad fratres Eccleſiarũ Aſiæ & Phrygiæ: legat cui libet, hac de re quatuor prima capita 5 lib. Eccleſiaſt. hiſtoriæ Euſebij: illic inter alia narrant Photinum Lugdunenſem Epiſcopum, virum præclarum, doctum & ſanctũ, & qui iam nonageſimum ætatis annũ exceſſerat, ideoq; corpore infirmus, animo tamẽ robuſtus & imperterritus erat, ad tribunal adductum fuiſſe: cumq; ab eo fidei ratio peteretur, magno animo Chriſtum fidemq; Chriſtiana confeſsũ eſſe, ideoq; ab inſaniente populo miſerè cæſum, percuſſum, conculcatũ, ac nulla dignitatis & ætatis ratione habita, cõmelijs affectũ, ita vt pro mortuo rurſus in carcerẽ pertractus fuerit, in quo breui ſpiritum reddidit.

Grauis perſecutio in Gallia, Viennæ & Lugduni.

Photinus.

Ibidem ſingulariter deſcribũtur crudelia tormẽta, quibus diu excruciati fuerunt ſancti homines Maturus, Sanctus, & Blandina ſingularis roboris & conſtantiæ in vera fide mulier, et Attalus nobili genere natus, fide nobilior. Hi omnes immanibus & diuturnis cruciatibus occiſi ſunt, propterea quòd à vera fide ne punctum quidem recedere vellent.

Maturus. Sanctus. Blandina. Attalus.

Populi immanitas cõtra Christianos.

Præterea ſcribunt plebem, ſeu rude vulgus, in hac perſequutione adeò immaniter ira & furore commotum fuiſſe aduerſus fideles, vt nihil reliquum facerent quod ad extremã ipſorum ignominiam & cruciatus ſpectaret. Nã corpora cæſorum in carceribus non paſsi ſunt honeſtè ſepeliri, ſed illa canibus proiecerunt, quod ſi quid reliqui feciſſent, comburebant, & cineres in Rhodanum ſpargebant, interea etiam perſequutores clamaſſe tradunt: ecce Dij ſe vlti ſunt de hoſtibus Ethnicæ religionis, vbi nunc eſt Deus eorum? quæ nam hæc eſt fides & religio, quæ ipſos vita ſpoliat? Atq; ita exultabant & triumphabãt quaſi victores, qui ſuam religionem aſſeruiſſent & cõfirmaſſent: cõtrâ verò Chriſtiani homines in magno mœrore anxietate et periculo verſabãtur. Verũ qui plura de hac re cognoſcere deſiderat, legat apud Euſebium ſupra citatam Epiſtolam.

Triumphi vulgi.

Chriſtianorũ mœror.

Præterea ponitur ab Hermano Cõtracto in Chronicis integer catalogus beatorũ martyrũ p̃cipuorũ, qui in hac perſecutione paſsi ſunt. Quare quod aliquoties dixi, denuò repeto: Num quæſo quiſquam ita miſer & nullius iudicij eſt, qui dicere audeat ſanctorum martyrũ et teſtium Chriſti doctrinam & religionem falſam fuiſſe, propterea quod à Deo dati ſint in manus hoſtium ſuorum gentilium incredulorum: aut etiam horum doctrinã aut religionem veram & rectam fuiſſe, quia fideles quod ad cor-

Deus, doctrina, fides vera ſunt.

ad corpus vicerunt, occiderunt, oppreſſerunt? Quis verò tam audax erit, vt cum Deo diſcep-tet, cur tantis calamitatibus & afflictionibus dilectam ſuam Eccleſiam premi patiatur?

Porrô hac & proxima ætate, Deus gratia ſua excitauit etiam inter gentes præſtantes & magni nominis viros, doctos, ſanctos & pios, qui Romanis Imperatoribus, Senatui & præ ſidibus obtulere libellos planè diuinos, perſpi cuè & prudenter ſcriptos, in quibus Chriſtia-norum innocentiam aſſerunt, fidem Chriſti confitentur, celebrant & defendunt, ac docent Chriſtianis falſò impingi ĩmania facinora de quibus accuſabãtur. Huiuſmodi ſcripta Apo-logias nominarunt. Tanta etiam eorũ in his Apologijs cõſtantia & maganimitas fuit, vt auſi quoq; ſint errorẽ & vanitatẽ Ethnicę reli-gionis indicare et repręhẽdere. Subijciã aũt hoc loco catalogũ et nomina eorũ qui huiuſmodi Apologias ſcripſerũt, & tẽporũ notationẽ ex Euſebio apponã, vt omnes videãt, quã animo ſẽ Chriſtiana religio in medijs perſecutionib. palã abſq; vllo metu ſeſe cõſpiciendã exhibue-rit, et inſtar ſolis luxerit: quãuis interea falſi fi-deles eã vt hęreſim & deceptionẽ pſecuti ſint, & Chriſtianos ſuo ipſorũ ſanguine abluerint.

Multi fidẽ Chriſti liberè con-feſsi ſunt, defenderũt, et laudarũt.

Anno igitur Chriſti 119. Quadratus, grauis et ſanctus vir Adriano Imp. Apologiã pro Chri nianis obtulit. Anno deinde 126. Sere. Granius ex nobilitate Romana ad eũdẽ Imp. apologiã

Quadratus

Serenus Granius.

Aristides. conscripsit. Similiter Aristides vir celeberri-
mus superiorũ exemplo cũ Adriano egit. Ata
que hi suis scriptis tantũ apud Imperat. effece
Eccle. hist. lib. 4. ca. 9. runt, vt literis ad Minutium Fundanum præ-
sidem Asiæ datis mandarit ne posthac accusa-
tiones vllas contra Christianos accipiat, nisi
aliorum scelerum aut criminum accusentur.

Iustinus. Postea verò anno Domini 141. Iustinus phi
losophus, vir non tantũ Romæ sed alibi quo-
que clarissimus, Apologiam pro Christianis
Antonino Pio imperatori obtulit. Idem fece-
Asianus. re Asianus & Apollinaris Episcopus Hiera-
Apollinaris polis, & Milciades, qui & ipsi suas Apologias
Milciades. Antonino obtulere. Imperator verò Marcus
Aurelius Antoninus Pius, literis ad præsides
Asiæ datis, vetuit ne quam Christianis mole-
stiam inferrent. Exemplum huius Epistolæ
Athenagoras. habetur lib. 4. cap. 13. Eccleſiasticæ historiæ.
Adhæc Athenagoras Athenienſis philoso-
phus, ad Marcum Aurelium Antoninum &
Lucium Aurelium Commodum, legationem
seu defensionem Christianorum scripsit, quæ
adhuc Græcè & Latinè publice extat.

Apollon. Romæ quoq; Apollonius Senator, vir cla-
rus & sapiens, accusatus Christianę religionis,
librũ præclarũ de religione nostra & Christia
norũ innoçẽtia cõscripsit, & Romę in Senatu
recitauit. Verum ipse nihilominus morte dam
natus fuit, anno Domini 188.

Tertullian. Postremò Tertullianus circa annũ Domini
209.

209. eleganté librũ pro Christianis conscripsit, in quo eorũ innocentiã demõstrat, & ethnicæ religionis stultitiam, & cõtrà veritatem et præstantiam Christianæ fidei. Liber hic nostra ætate adhuc extat.

Ex his autẽ & similib. rationib. apparet, nostrã verã, veterẽ & indubitatã Christianã fidẽ etiãsi mũdus illã cõtemnat, cõtumelijs afficiat, et persequatur, nihilominus solam esse veram & authenticam fidem.

## *De persecutione decima Imperatoris Seueri: & vndecima Iulij Maximini: 12. Traiani Decij: 13. Valeriani: & 14. Aureliani.*

### CAPVT. XII.

Persecutio Seueri.

CIrca annum Christi 204. Septimius Seuerus Imperator, vehementis ingenij princeps, Ecclesiam Christianam grauiter persequi incepit. Passim verò in omnibus prouincijs Romani Imperij, multi præclari viri è fidelium numero excruciati atque occisi sunt, inter quos præcipuo loco numeratur Leonidas, celeberrimi doctoris Origenis pater. Huius omnia bona post mortem confiscata fuerunt, vxor ac liberi, inter quos Origenes, ad extremam mendicitatem redacti sunt. Carthagine, Perpetua & Fœlicitas bestijs obiectæ fuerunt, & ab illis laniatæ sunt. Multa similia alibi acciderunt.

Persecutio Maximini.

Anno deinde Christi 239. Iulius Maximinus Ecclesiam Christi persecutus est. Hic mandabat vt potissimum quærerentur Doctores & Episcopi Christianorum, hos enim suis sermonibus simplicem populũ seducere, & turbas in Imperio excitare: ideóq; occidendos esse, quò pax & quies restituatur in Imperio, & à peruersa hac doctrina homines liberentur. Occisi sunt in hac persequutione complures Ecclesiarũ ministri, inter quos præcipuo loco numerantur præstantissimi viri, Pamphylus & Maximus. Scripsit etiam Origenes tum temporis ad consolationem Ecclesiæ librum de martyrio, in quo docet, Christianos veros fidem suam liberè ore & factis confiteri oportere, & sanguine quoque, vbi opus fuerit, eãdem testari. Exorta namque fuerat tum temporis Helchesaitarum peruersa hæresis, qui docebant satis esse veram fidem corde retinere, nihilque referre si quis in periculo constitutus eam ore neget: cum tamen hæc opinio aperte pugnet cum Euangelica & Apostolica doctrina, Matth. 10. & Rom. 10. Durauit hæc persequutio triennio, quo tempore multum sanguinis precioſi effusum fuit.

Origenes.

Helchesaitarum hæresis.

Persecutio Decij.

Postea verò anno Christi 252. vel iuxta aliorum supputationem 254. longe adhuc crudelius Ecclesiam persequutus est Traianus Decius Imperator, promulgatis toto Imperio vehementibus & sanguinarijs edictis. Atq; hæc est

est duodecima persequutio Christianæ Ecclesiæ, quæ multos excellentes & præclaros viros sustulit. Nam in hac persequutione occisi sunt, Sixtus Romanæ Ecclesiæ Episcopus, qui capite trũcatus fuit, & eius diaconus Laurentius in craticula assatus, vt Prudentius scribit, à quo etiam describitur martyrium Beati Hyppoliti, qui à feris equis dilaniatus est. Babilas etiam Antiochenus Episcopus tum cæsus est, vir celeberrimus & eximius Christi minister. Petijt hic vt catena, qua vinctus ad supplicium ducebatur, secum sepeliretur, vt ornamentum quoddam & κειμήλιον. Serapion multis prius vulneribus concisus atque confossus, postremo ex summitate ædium suarũ præceps datus fuit. Macarius, Alexander & Epimachus combusti sunt. Multæ omni virtute ornatissimæ virgines, miserabiliter excruciatæ sunt, & demũ crudeliter occisæ, Appollonia, Eugenia, Victoria, Theodora, Anatholia, Ruffina & aliæ plures. Extat apud Eusebium lib. 6. cap. 31. Ecclesiasticæ historiæ, epistola Dionisij Alexandrini Episcopi ad Fabianum Antiochenum, in qua commemorat beatos martyres qui sub Decio Alexandriæ martyrio affecti sunt. Extat etiam apud Hermannum Contractum in Chronicis prolixus catalogus martyrum, qui per Romanum Imperium varijs in locis sub Decio passi sunt. In summa, 12. ista persequutione Deciana, ineffa-

bilis vis precioſi & ſancti ſanguinis Chriſtianorum innocentium effuſa eſt, & multi præclari viri ſublati ſunt.

Perſecutio Valeriani.

Vix dum finierat crudelis illa perſequutio, cum mox alia numero decima tertia incepit, circa annum Chriſti 260. indicente illam Cæſare Valeriano. In hac capite trũcati ſunt duo è præcipuis doctoribus Chriſtianæ Eccleſiæ, Cornelius Romæ Epiſcopus in Italia, & Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus in Affrica. Preterea enumerantur plurimi in Chronicis, qui omnes hoc tempore martyrij coronam acceperunt. Atque hoc tempore crudele ſupplicium excoriationis contra fideles vſurpatum fuit, ſi forte hac ratione à Chriſtiana fide ad Ethnicam abduci poſſent: ſed fruſtra.

Martyres voluptatibus ad defectionẽ ſollicitati.

Non poſſum hoc loco præterire, quin mentionem breuẽ faciam eorum, quæ de iſtis perſequutionibus Decij & Valeriani, à D. Hieronymo ſcribuntur in vita Pauli primi Eremitæ: is refert perſequutores non tantum inauditis ſupplicijs & tormentis, verum etiã impijs voluptatum illecebris Chriſtianorum innocentiam polluere conatos eſſe. Nam cũ inauditis tormentis eos ſuperare non poſſent, tentarunt eos voluptatibus ad lapſum impellere, offerentes illis formoſas mulieres, quæ eos ad libidinem incitarent: ac refert ibi quendã martyrum linguam ſibi dentibus abſcidiſſe, & expuiſſe in faciem huiuſmodi mulieris, vt ita ab

ea lin

ea liberaretur. Eo tempore Paulus Eremita in desertum fugit, ac vitam solitariam in quadã spelunca egit, ad quem ante obitum ipsius Antonius peruenit. Atque hi duo primi authores fuerunt Eremiticæ vitæ, hoc est eorum qui in locis siluestribus & desertis, quasi extra mundum, vitam transigunt duram & asperam, laborantes manibus, & magna vtentes abstinentia. Tradit autem D. Hieronymus Antonium mortuum esse anno Christi 661. anno verò ætatis suæ 105. Atque ex hoc fonte temporum progressu exortus est monachatus, quo tamẽ sancta Christi Ecclesia prorsus caruit, cum adhuc optima & purissima esset. Præterea genus hoc vitæ nullum habet mandatũ aut præceptum diuini verbi, nihilq; aliud est quàm quoddam meticulosorum hominũ inuentũ.

Origo Eremitarum & monachorum.

Porrò sicuti superioribus illis persequutionibus, Christianos per voluptates à veritate abducere conati sunt: ita nostra ætate multi abducuntur à vera fide eiusque confessione, & post agnitam veritatem in erroribus detinentur per voluptates, honores, gloriam, opes, prælaturas vt vocant, ampla officia, & pinguia vt vocant beneficia, seu magnos ecclesiarum redditus.

Quidam diuitijs à fide abducuntur.

Valerius Aurelianus Imperium adeptus est anno Christi 273. Hunc historici authorem faciunt nonæ persequutionis, quæ iuxta nostrã supputationem est decimaquarta. Fuit autem

Persecutio Aureliani.

Aurelianus initio Imperij sui clemens & benignus erga Christianos, verum se sub finem regni sui mutauit, & ab improbis hominibus se eo adduci passus est, vt omnino sibi Christi Ecclesiam persequendam esse statueret. Testatur autē Eusebius Ecclesiasticæ historiæ lib. 7. cap. 26. & illi subscribit Orosius, ipsum magis conatum esse exequi persequutionem, quā re ipsa & opere exequutum esse: interea tamē Ecclesia illo tempore in graui periculo & anxietate versabatur, sed Cæsare præter opinionem omnium sublato, persequutio illa cessauit & in nihilum abijt.

*De graui & diuturna persecutione 15. numero, Imperatorum Diocletiani & Maximiani, in qua innumerabiles Christiani martyrio affecti & cæsi sunt.*

## CAPVT XIII.

Eusebius Cæsariensis Episcopus.

PErsequutionem Imperatorum Iouij Diocletiani & Maximiani Herculij, nemo diligentius descripsit Eusebio, postremis duobus libris Ecclesiast. historiæ. Nam & illo tempore vixit, & multarum rerum quas commemorat ipse spectator fuit. Itaque ab illo plena & solida harum rerum narratio petenda est, quæ etsi terribilis sit, simul tamen iucunda & lectu vtilis est. Ego hic præcipua dunxaxat

rerum

rerum capita perſtringam.

Ecclesia pace fruebatur.

Fruebatur Eccleſia Chriſtiana aliquot iam annnis pace & tranquillitate, ab Imperio Aureliani ad annum vſque 19 Imperij Diocletiani & Maximiani, annis circiter 28. Habebant etiam publice Chriſtiani ſuas Eccleſias & ſacros cœtus, & ſuam religionem palam abſque nullo metu confitebantur & exercebant: atq; illis auxilio erant paſsim prouinciarum præſides, quibus Chriſtiana religio cognita erat, ac multi potentes in aula Cæſaris, vt Dorotheus & Gorgonius, cum Chriſtiani eſſent, ſuos iuuabant et defendebant. Præterea initio pacis huius & tranquillitatis, Chriſtiani omnes optime inter ſe conueniebant, ardentes erant in cultu Dei, & vitæ omnino ſanctæ: ideóque plurimum augebatur numerus fideliũ, ita vt Eccleſias & oratoria eorum dilatare oporteret.

Abuſus pacis, peccata Chriſtianorum.

Verum progreſſu tẽporis ardens illud ſtudeum religionis imminutũ eſt, & auctæ ſunt diſſenſiones & contentiones præcipuè inter Epiſcopos & doctores, qui cõtentioſi & inquieti multas inter ſe lites habebant, quibus populus nihil ædificabatur: ideóque Dominus manum ſuam à populo ſuo auferens, paſſus eſt infideles Ethnicos manum Eccleſiæ inijcere, ad abſtergendam æruginem quæ quotidie magis creſcebat. Atque hæc eſt 15. perſecutio Eccleſiæ, quam Oroſius 10. nominat.

Persecutionis initium.

Initio autem huius persequutionis clementer admodũ Dominus egit, neq; persequutioni statim frena laxauit, & Ecclesias euerti passus est: sed initium persequutionis à militibus cœpit. Atque huc procul dubio spectant, quæ Otho Frisingensis lib. 3. cap. 45. de B. Mauritio commemorat. Hic enim cum legione sua quæ Christiana erat, sub Maximiano in Germaniam proficiscebatur, aduersus Bacharides, quos Eutropius Bongarides nominat, homines turbulentos & seditiosos, vt eos ad officium reuocaret. Cæterum cum exercitus superatis alpibus in regione Veragrorum, quam hodie Vallesiam inferiorem vocãt, veniisset, Maximianus milites suos Dijs sacrificare iussit, vt fortunam & victoriã aduersus hostes impetrarent: sed Mauritius cũ suis qui Christiani erant, sacrificare noluit, libere confessus se ac suos Christianos esse, quibus non fas sit sacrificare Dijs. Quare primũ fraudulenter à se diuisi sunt, ac Solodorum, Bonnam, Coloniam, Santum & in alia loca quasi præsidiorum causa dispersi sunt. Postremò maior legionis pars, quæ cum Mauritio manserat, prope Octodorum, quod hodie Martenacum, & Agaunum quod nunc S. Mauritij nomen habet, ab Ethnico milite cæsa est. Refert autem D. Hieronymus expeditionem aduersus Bagaudas ad annum Christi 290.

Mauritius tribunus militum.

De Felice

Non possum autẽ nec debeo hoc loco prætermit-

termittere mentionem B. Christi martyrum Felicis & Regulæ germanorum, qui & ipsi ex societate B. Mauritij fuere: hi ambo sicut & complures alij, quorum opera Deus vti voluit ad Christum gentibus prædicandum, ex illa clade Octodori liberati effugerunt, ac ambo primum Glaronam, deinde secundo lacu in antiquissimam vrbem Tigurinorum venerunt, in qua adhuc Ethnica religio florebat. Atque illic Christianam religionem simpliciter, & eo modo quem ab initio huius libri exposuimus, absq; vllis humanis additionibus, purè & fideliter prædicarunt. Atq; hanc quidē fortiter asseruerunt, & demum sanguine suo confirmarunt. Nam à Decio præside Romano qui in arce Tigurina habitabat, post multa & varia tormenta, gladio cæsi sunt. Atq; hi sanctissimi germani nobis reliquerunt sanctissimum & prectosissimum thesaurum Euangelij & fidei Christianæ. Hi nostri Apostoli, seu diuinitus ad nos missi doctores, longè vetustiores sunt Concilijs. Vixerunt item & docuerūt, ac propter Christum feliciter mortui sunt, antequam ecclesia Papistica forma & ritu institueretur: eorum nanq; tempore Romæ nondum fuit Papatus is qui postea secutus est: nō erant tum in Ecclesia vllæ imagines, nullum erat sacrificium missæ, nulla inuocatio sanctorū, nulli Monachi, nulla cœnobiorum instituta. Vixerunt enim annis post Christum, quos

& Regula & Tigurina Eccles.

ſupra annotauimus, ita vt iam fides Chriſtiana apud nos, & vetus Eccleſia Tigurina durarit ſupra 1270. annos: Deum quæſo, vt eandem deinceps quoq; ſua gratia conſeruet.

Negligẽtia et ſocordia

Poſtquam verò hæc iactura Eccleſiæ, & indiciũ Dei aduerſus ſuos irati, paucos in Eccleſia ad pœnitentiam commouit, plærisq; in ſua ſecuritate, impœnitentia & ingratitudine pergentibus, Deus quoq; correptionem auxit, & perſequutione maxima Eccleſiam premi paſſus eſt. Nam anno 19. Diocletiani, qui fuit trecenteſimus ſextus à nato Chriſto, menſe Martio, ipſo feſto Paſchatis, publicata ſunt vbique edicta Imperatorũ aduerſus Chriſtianos, quibus præcipiebatur, vt Eccleſiæ & Oratoria Chriſtianorum funditus euerterentur, Biblia & omnes libri ſacri comburerentur, & quicunque Chriſtianorum in aliquo honore, officio, aut dignitate eſſent, ſpoliarentur illis, & eſſent infames, ac multa alia huius generis mandabantur.

Edicta contra Chriſtianos.

Breui poſtea alio edicto mandabatur ab Imperatoribus, vt vbiq; Epiſcopi & eccleſiarum miniſtri caperentur, & adigerentur ad ſacrificandum Dijs, et ſi qui verò contradicant, omnibus tormentis & ſupplicijs huc adigãtur, aut tollantur. Atq; hic demum miſerabilis & crudelis laniena exorta eſt: Chriſtiani enim doctores & eccleſiarum miniſtri cateruatim ad idolorum templa ad ſacrificandum adducebantur & rap-

Perſecutio miniſtrorũ Eccleſiæ.

& raptabantur: sæpe etiam qui ipsos adducebant ex quadam commiseratione ipsos hortabantur, vt tacerent, ac tantum simularent se sacrificasse, ita nanq; se illos dimissuros esse. Sed illi clara voce testificabantur, se neq; sacrificasse neque sacrificaturos esse, sed esse ministros Christi. Itaque inaudita tormenta & noua, varijq; cruciatus & supplicia Christianis inferebantur, quibus tamen magis ipsi tortores & lictores defatigabantur, quàm Christiani tormentis subiecti. Hi enim Dei beneficio constanter in Christiana fide ad mortem vsque perseuerabant: quidam tamen præ metu, ac magnitudine tormentorum & cruciatuum territi, fidem suam magno omnium piorum mœrore abnegarunt.

Nicomediæ verò in Bithynia cum Imperatorum mandatum publicè propositũ fuisset, & ambo Imperatores eo tempore Nicomediæ agerent, ciuis quidam eius vrbis nobilis & dignitate excellens, edictum Imperatorum frustu latim dilacerauit: ideóq; absq; mora ad Cæsares deductus est. Posteaquam verò confessus est se Christianum esse, & quicquid fecerit ardeti zelo feciſſe, traditus fuit carnificibus, qui ipsum varijs tormentis excruciatum necarunt. Verùm inter immania tormenta quibus afficiebatur, nullum vnquam in illo tristitiæ signum apparuit. Acta Nicomediæ.

Eodẽ tempore excruciati & occisi sunt præ Principes

& nobiles occisi.

cipui principes & nobiles è Cæsaris familia, inter quos Petrus post varia tormenta craticulæ impositus & assus, crudeli hoc supplicio vitam finijt. Dorotheus item & Gorgonius præfecti cubiculo Cæsaris, post multorum tormẽtorum cruciatus postremò suspensi sunt.

Dorotheus Gorgonius

Anthimus.

Anthimus quoque Nicomedię Episcopus, eo tempore gladio cæsus est, & cum ipso magnus ciuium numerus, ouibus scilicet per ipsa tormenta & mortem pastorem sui constanti fide sequentibus.

Incendium Imperialis Palatij.

Exarsit tum temporis Nicomediæ in Palatio Imperatoris ingens ignis, quo scilicet Deus Imperatoris ac populi Gentilis immanitatem puniebat, qui tot innocentes ac honestos homines torrebant & comburebant. Sed idem tum accidit quod Romæ Neronis ætate, nam vt ille incẽdium vrbis, cuius ipse causa erat, insontibus Christianis imputabat, ita hi quoque Imperatores noua mandata publicarunt, quibus prȩcipiebant, vt vbique Christiani gladio & igne delerentur.

Persecutio in Syria.

In Syria etiam fideles, doctores, nobiles & ignobiles, viri & fœminæ, iuuenes & senes cateruatim in carceres abducebãtur, ita vt carceres & loca publica ciuitatũ plena essent captiuis: pauci autem in publico versarentur, ac solitudo quædam illic esset. Re autem ad Imperatores delata, iusserunt eos dimitti qui dijs sacrificarent, reliquos verò qui perseuerarent in fide Chri-

Christiana, omnibus tormentis excruciatos necari.

Tyri etiam in Palęstina integri quasi greges virorum et mulierum in spectaculis bestijs obiecti fuere, & cum feræ bestiæ hominibus mitiores erga Christianos essent, neq; in illos irruerent eosq; lacerarẽt, imò magistros à quibus incitabantur lacerassent, nihilominus tamen infideles omnibus bestijs sæuiores, in Christianos miseros irruêre, eosq; conciderũt, confoderunt, & immaniter absque vlla misericordia trucidarunt. Persecutio Tyri.

Inauditam quoq; crudelitatem impij in Aegypto & Thebaide contra fideles exercuerũt, & innumeros occidêre. Quibusdã in locis duabus inflexis arboribus fideles his vtrinq; pedib⁹ alligarũt, vt illis deinde in altũ redeuntibus dilacerarentur. Ac refert Vrspurgensis tum temporis vno mense decem & septem millia martyrio affecta & cæsa esse. Persecutio in Aegypto.

Eusebius nono & decimo capite octaui libri admiranda tormenta & supplicia multorũ Christianorum describit, quæ ipse viderit, inter quos commemorat virum præclarum Phileam, qui & ipse martyr fuit, & de martyribus scripsit. Phileas.

Fuit etiam in Phrygia quædã celebris vrbs, in qua omnes summi & infimi, iuuenes atque senes Christianam fidem profitebantur: hanc Imperatoris exercitu cinctam incenderunt, ac Vrbs Phrygiæ unà cũ hominibus & bonis eorũ cõbusta.

omnia ſimul tam homines quàm bona combuſſere, ita vt ne vnus quidē euaderet. Præterea alia immania ſupplicia, quibus infinita Chriſtianorū multitudo ſublata eſt, in Arabia, Cappadocia, Meſopotamia, Alexandriæ & Antiochiæ, item in Ponto, eodem libro Euſebij commemorantur.

Quinetiam poſtquā ſanguinarij illi canes Diocletianus & Maximianus imperium depoſuerunt, ſucceſſere in eorum locum alij tyranni Maxentius Maximiani filius, & Galerius Maximinus, qui non minus crudeliter quàm eorum anteceſſores Eccleſiam perſecuti ſunt: neq; vllus adhuc ſuppliciorum & cædiū & ſanguinis fundendi finis ac modus erat. Alexandriæ nobilis ac honeſtiſsima virgo Dorothea à Maximino bonis exuta eſt, atq; alię etiā virgines, quę ipſius libidini non acquieſcebāt, excruciatæ & cæſæ ſunt. Romæ nobilis matrona Sophronia coniunx præfecti vrbis, maluit ſua manu mori quā ab impuro tyrāno violari.

Maxentius Maxamin.

Dorothea.

Sophronia.

Ab hoc tyrāno plurimi Chriſtianorū in exilium pulſi, ſupplicijs affecti, & cæſi ſunt: vt Euſeb. copioſè refert 9. & vltimo lib. ſuę hiſtorię. Inter omnes tamē præcipuè celebres ſunt, tres Chriſti & Eccleſię eius miniſtri, Siluanus Tyrius, Petrus Alexandrinus, et Lucianus Antiochenus, qui plurimum in ſacris literis laborauit, vt D. Hieron. refert. Præclari iſti viri non tantum docendo & ſcribendo, verum etiā ſanguinę

Maximini perſecutio.

Siluanus. Petrus. Lucianus.

guine & morte ſua Chriſtianæ fidei teſtimonium perhibuerunt, & Chriſto conſtanter ad mortem vſque adhæſerunt.

Durauit autem immanis hæc et & inaudita perſecutio, ab anno Chriſti 306. vſq; ad annũ 310. annis in vniuerſum 15. Nam anno Chriſti 321. Conſtantinus Imperator, anno 10. imperij ſui, miſeræ Eccleſiæ, laceratæ & penè oppreſſę pacem dedit: reuera autem à Chriſti temporibus hucuſq; nulla neq; ſæuior, neq; diuturnior perſecutio fuit preter iſtam, in qua tamen Eccleſia Chriſti per fidem vicit, et omnem falſam religionem & idololatriam conculcauit.

Religio uera & Deus iuſtus.

Cæterùm vt ad illos ſermones reuertar, quorum ante hac in pleriſq; perſequutionibus mẽtionẽ feci, num quæſò quiſquam erit qui dicere audeat, Ethnicam Romanorum religionẽ verã propterea fuiſſe, quòd Romani Imperatores hanc defenderint ac propagarint, et Chriſtianorum fidem ipſorum ſanguine immaniter cõmacularint, quodq́; ipſi proſpera aduerſus Chriſtianos fortuna vterentur, cum contrà Chriſtiani nihil niſi crucem, afflictiones, miſerias, & crudeliſsimam mortẽ perferrent? Quis verò cum Deo diſceptabit, quòd paſſus ſit improbos & ſceleratos nebulones tantis calamitatib. afficere ſibi dilectos homines? Quis quęret rectè ne an perperã fecerit, cum Deus nihil iniuſti faciat? Probat autẽ ſuos cruce & afflictionibus, ſicuti ab artificibus aurum et argentum

in igne examinatur. Norunt hoc fideles optimè, itaq; etiamsi caro nostra misera & impatiens, contrarias aliquas cogitationes, vt fieri solet, in illis excitarit, statim illas opprimunt.

1.Pet.4. Petrus etiam ait: Humiliate vos ipsos sub potenti manu Dei, vt & ipse vos suo tempore exaltet, ac omnes vestras curas in illum reijcite: ipse enim est qui vestri curam gerit.

*De persecutione 16. Iuliani Imperatoris: & 17. Imperatoris Valentis: itẽ 18. Vuandalorum regum Genserichi & Hunerichi.*

## CAPVT XIIII.

Pax Ecclesiæ data. ECclesia Christi ab anno 10. Imperij Constantini magni pace & tranquillitate vsa est, actum intra annos 21. (tot enim sunt anni à 10. anno Constantini vsq; ad annum 31. & vltimũ Imperij eius) plus creuit quàm vllis alijs temporibus, ab ipsa vsq; Christi natiuitate.

Abusus pacis. Cæterùm non diu post mortem Constantini, homines docti & Ecclesiarum ministri pace ingratè abusi sunt, ac multas contentiones ac rixas simplici doctrinæ religionis immiscuerũt, ac mutuo inter se digladiantes, simplicem populum ab vnitate Ecclesiæ in varias sectas abduxere, & à simplicitate veræ fidei auertentes perplexis suis doctrinis, varijs contentionibus impleuerunt. Nam tum temporis exorta est

orta est blasphema Arrij doctrina, qui asseruit Dominum nostrum Iesum Christum Dei filium, non esse eiusdem essentiæ cum patre, verum & æternum Deum. Hoc veneno tum infectus quoque fuit vnus filiorum Constantini Constantius: tres enim filios Constantinus reliquerat, illisque Imperium diuiserat, Constantinum secundum, Constantium & Constantem. Constantius iste infensus fuit veris & fidelibus Ecclesiarum ministris, qui Arrij doctrinam oppugnabāt, atque hos in exilium eiecit. Vehementissime tamen omnium persequutus est B. Athanasium & vnà cũ ipso plures alios: Quorum etiam nonnullos in durissimos carceres coniecit, & veros fideles multũ afflixit: vt copiosè in Ecclesiastica historia exponitur. Incepit autẽ ista persequutio circa annum Christi 343. sed quia Valens Imperator, qui & ipse Arrianæ sectæ fuit, persequutionem hanc renouauit, ambas Arrianis attribuimus, & vno Valentis titulo comprehendimus.

Arrianorũ hæresis.

Athanasius.

Castigauit autem Deus Ecclesiam suã propter contentiones, rixas, & schismata, non tantum Arriana hac persequutione, verum etiam noua Ethnica, quales antehac complures ante Constantini tempora perpessa fuerat, vt hactenus ostendimus. Iulianus nanque Imperator acerrime se Ecclesiæ Christi opposuit, ac illam ad veteres superstitiones Gentilium re-

Persecutio Iuliani.

ducere conatus est, circa annum Christi 366.

Iuliani diabolica defectio.

Fuit hic Iulianus initio Christianus & lector in sacra catholica Ecclesia, verùm cum in quorundam philosophorum & præsertim Libanij Sophistæ amicitiam peruenisset, paulatim à Christiana religione defecit, & demum gentilismum recepit, adeóque in eo cæcus & obduratus factus est, vt Baptismum Christi à corpore suo ablueret: quin etiam ita à dæmone fuit possessus, vt magicis artibus multum vteretur, ac omnibus illis rebus studeret quæ dæmoni gratæ & acceptæ sunt.

Victoria Iuliani contra Alamãnos.

Postquam verò ad Imperium peruenit, parta prope Argentoratum ingenti victoria aduersus Alamannos, quorum triginta millia cæcîdit, totis viribus se Christianæ religioni opposuit. Templa idolorum, quæ Constantinus clauserat, & in quibus sacrificare capitali pœna vetuerat, Iulianus rursus aperuit, & in his idolis sacrificauit, & omnibus sacrificandi potestatem fecit. Itaq; Gentilis idololatria & religio sub ipso plurimũ aucta est: qui enim hactenus sub Imperio Constantini delituerãt, sperantes breui aliquam mutationem fore, ũ in apertum erumpebant, & Christianis insultabant. Atque Imperator ipse, Ecclesias & Ecclesiarum ministros spoliabat omnibus priuilegijs, immunitatibus, dignitatibus, quibus Constantinus ipsos donarat. Interdicebat etiam Christianis scholas, ne poësim, oratoriã

Gentilismi incrementa.

artem

artem,& philoſophiam diſcerent, volens eos efficere indoctos, ne Ethnicam religionem ex Ethnicorum libris confutare poſſent. Scripſit etiam ipſe libros aliquot contra Chriſtianam religionem, quibus optime reſpondit B. Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus.

Chriſtianos quoque per contumeliã Galilæos nominabat, & Chriſtũ ipſum Galilæũ. Eccleſiæ bona non tantum in fiſcum redegit, ſed præterea quoque grauia tributa Chriſtianis impoſuit: ſimul etiam illis illudens ac dicens, Deum ipſorum, Dominum noſtrũ Chriſtum, prohibuiſſe theſauros colligere, præcepiſſe autem vt auferenti tunicam cedant, & pallium. Atque ita Chriſtianos ſimul & ſpoliabat & irridebat, & quicquid illis moleſtiæ & contumeliæ afferret, dicebat id libenter & patienter illis ferendũ eſſe, quòd ita eos Chriſtus ipſorum docuerit.

Chriſtiani Galilæi nũcupati.

Sicuti autẽ Conſtantinus magnus ex Romanorum ſigno aut Labaro Gentilium Deorum imagines abſtulerat, & albam crucem reposuerat, ita contra Iulianus ſublata cruce, Iouis, Mercurij, & Martis imagines repoſuit, vt Chriſtiani venerantes ſignum, & ſe corã ipſo incuruantes, viderentur Deos adorare. Similiter omnes qui ad militiam adoptabantur, & donatiuum accipiebant, granum thuris igni in ara inijcere oportebat, & ita Deos venerari.

Romanum ſignum mutatum.

Libera confessio fidei.

Hæc res multum negotij ipsi præbuit. Cũ enim quidam Christianorum militum incogitanter hæc feciſſent, & re deinde exactius expensa viderent quid nam feciſſent, vltrò Cæsarem adierunt & abiecto coram ipso donatiuo, clamabant se Christianos esse, & in Christiana fide perseueraturos, quicquid fecerint ex incogitantia factum esse, seque grauiter peccasse, & ideo suum corpus sistere, vt eo luant quod manus peccarit. Hos omnes Cæsar ad supplicium abduci & capite mulctari iussit. Verùm cum abducerentur, mutata sententia vitam illis donauit: legem tamen tulit ne post hac quisquam Christianorum ad militiam admittatur, aut in aulam Cæsaris, aut ad iudicia, vel vllos alios honores.

Supplicia Christianorum.

Præterea passi in Imperio Christiani contumelijs affecti sunt, tormentis excruciati & cæsi, inter quos numeratur vir senex & præclarus Christi minister, Marcus Arethusius Episcopus. Hic prioribus & felicibus adhuc temporibus Arethusæ deorum templum destruxerat: ideóque Iulianus ipsum oderat, & ciues hortabatur vt ipsum cogerent templum denuo restituere: sed cũ id illi impossibile esset, petebant vt saltem partem aliquam sumptuũ præstaret. Verum cum ille respondisset, se ne teruncium quidé daturum esse, misere & crudeliter ab ipsis summaque cum ignominia excruciatus & cæsus est.

Etsi diues erat nolebat tamen quicquam idolorum templo dare.

Similiter

Similiter etiã præclari viri & eximij Christi ministri martyrio affecti sunt, Gregorius Alexandrinus, Eusebius, Nectarius, Zenon, Basilius Ancyranus, & Cyrillus Hierosolymitanæ Ecclesiæ Diaconus. Heliopoli complures honestæ virgines nudæ in theatrum abductæ fuerunt, ac deinde dissectæ, & repletæ auena ac hordeo porcis ad laniandum obiectæ sunt.

In Meroe Phrygiæ vrbe tres honesti ciues, Macędonius, Theodolus, & Tacianus, cum templum idolorum quod hactenus clausum fuerat, pridie iudex vrbis sacrificandi causa aperuisset, noctu illud ingressi sunt, & idola deiecerunt atque confregerunt. Postquam verò iudex Amatius complures Christianos cœpit & tormentis ab illis exquisiuit, quisnam idola fregisset, tres hi iudicem accedentes dixere, neminem propter idola confracta tormentis excruciandum esse, se enim huius facti authores esse. Ideóque diu tosti, & demum combusti sunt. In eadem persequutione Artemius Aegypti perfectus, quòd constãter retineret Christianam fidem, bonis omnibus exutus, & postremò capite truncatus est: sicut & complures alij clari & honesti homines. Qui verò pleniorem harum rerum discriptionem desiderat, legat 6. lib. Tripartitæ historiæ: Præterea historias Ruffini, Theodoreti, & Sozomeni.

Tres martyres combusti.

Præterea Iulianus vt Christianos molestia

Iulianus Iudæis permittit ut Hierosolymis templũ extruant et sacrificent

afficeret, quos ad Gentiliſmum compellere non poterat, miſeris Iudæis permiſit vt denuo Hieroſolymæ ſe colligerent, & templum ædificarent, ac ſacrificia ſua exercerent, promittens ad hanc rem auxilium ſuum. Poſtquam verò magna eorum multitudo ex omnibus regionibus cõuenit, materiamque futuro operi præparauerunt, tabernacula ad operandum excitarũt, & fundamentis partim effoſsis partim iactis operi inſiſtere cœperunt: ecce ingens terræmotus fundamenta concuſsit, et diſiecit; ignis etiam horribilis ex ipſis fundamentis exarſit, ac tempeſtas terribilis & inaudita tabernacula proſtrauit, quicquid erexerant deiecit, ac magnam Iudæorum multitudinem occidit. Præterea terribilis quidam globus igneus, qui toto die circumuoluebatur, magno eos detrimento affecit: atque cum ante Iudæi & Gentiles Chriſtianis inſultarent & minarẽtur, Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus magna grauitate & cõſtantia illis ex Daniele propheta & Euangelio prædixit, fieri non poſſe, vt hic ſacrificent, aut Iudaicum templum extruant. Itaque qui ante hanc diſsipationem Chriſti miniſtrum irriſerant, poſt tanta Dei miracula deiecto prorſus animo fuerunt.

Templum et ſacrificia Hieroſolymis non reſtituenda. Dan. 9. Matt. 24. Luc. 21.

Perſecutio Valentis.

Iuliano deinde cæſo in bello contra Perſas, anno Chriſti 367. rurſus quies aliqua Chriſtianis reſtituta eſt, quæ tamen non fuit diuturna. Nam valens cum fratre Valentiniano Impe-

Imperium adeptus, ab Arrianis seductus fuit: cumque frater eius Valentinianus in Christiana fide integer esset, ipse nihilominus circa annum Christi 371. pios persequi cœpit, conatus eos ad Arrianam hæresim impellere. Contra verò Ecclesia cõstanter se huic opposuit, ideóque passim ab eo fideles & orthodoxi Episcopi in exilium pulsi sunt, & multi eorum tormentis excruciati, & denique occisi.

Legati 80 à Cæsare combusti.

Cum igitur tanta vbique tyrannis esset, & Ecclesiarum ministri & alij fideles nullam securitatem haberent, sed passim contumelijs afficerentur, spoliarentur, domo pellerentur & occiderentur, decreuere tandem Ecclesiæ insignem aliquam legationem ad Cæsarem mittere, & de suis iniurijs conqueri, & eius clemẽtiam, auxilium & defensionẽ implorare. Missi igitur sunt 80. ẽ præcipuis, quò maior esset eorum authoritas. Cum autem hi Nicomediã ad cæsarẽ peruenissent, & suam supplicationẽ exhibuissent, Cæsar grauiter aduersus illos cõmotus est, dissimulata tamen ira Modesto vni ẽ ministris suis clam præcepit, vt omnes hos Episcopos ẽ medio tolleret. Verum quia periculum erat, ne populus tumultuaretur si publice supplicio afficerentur, naui omnes impositi sunt, quasi in exilium abducendi. Cum autem nauis in altum peruenisset, nautæ illa incensa ipsi in scaphis effugerunt, atque ita in vna naui octoginta pij Dei serui cõbusti sunt.

Quod crudeliſsimum facinus maximum vniuerſæ Eccleſiæ & grauiſsimum dolorem attulit.

Quôd ſi quem iuuat cognoſcere tantã immanitatem & crudeliſsimas cædes, quæ contra pios Chriſti fideles patratæ ſunt, legat 7. lib. Tripartitæ hiſtoriæ, & Socratis atq; Theodoreti quartum, vbi hæc omnia exacte deſcribũtur. Omittitur autẽ à me hoc loco Athanarici Gothorũ regis perſequutio, quẽ alij Athalaricum nominant: perſequutus hic eſt Chriſtianos circa annum trecenteſimum ſeptuageſimum tertium: ac alios quidem occidit, alios verò in exilium eiecit. Verùm quia nonnulli tradunt eos qui hæc paſsi ſunt Arrianos fuiſſe: ideo hãc inter catholicæ Eccleſiæ perſequutiones numerare nolui.

Athanarici perſecutio.

Cæterum poſtquã Vvandali Affricam pulſis Romanis occuparunt, circa annum Chriſti 443. cum toto Imperio pax eſſet, Vvandalorum rex & Affricæ Dominus Genſericus, Arrianæ profeſsionis ſicuti etiam Conſtantius & valens Imperatores, Chriſtianos ad Arrianam hæreſim cogere conatus eſt: atque immanis laniena & excarnificatio fidelium ab ipſo inſtituta eſt. Nam Eccleſias piorum occluſit, miniſtris ipſos ſpoliauit, & horum complures necauit fame: & vt paucis perſtringam, nihil eorum omiſit quæ ante ipſum Diocletianus & Maximianus ſæuiſsimi tyranni aduer-

Vvãdalica perſecutio.

sus fideles patrarunt. Neque tamen sæuissimis supplicijs fideles ad defectionem impellere potuit.

Honoricus Vuandalorum rex.

Genserico patri in regno simul & tyrannide successit Honoricus anno Christi 476. hic quoq; Christianos propter veræ fidei professionem crudelissime persequutus est. Descripsit huius persequutionis historiam Victor Vticensis Episcopus, qui sanguinarijs illis temporibus vixit. Honoricho in regno successit Gundamundus, anno Christi 484. qui & ipse sicuti antecessores eius, Christianos persequutus est. Idē postea fecit rex Trasimūdus, anno Christi 503. à quo ducenti viginti Episcopi simul in Sardiniam exulatum missi sunt: sed hos ab exilio reuocatos Ecclesijs suis restituit anno 523. Hildericus Trasimundi filius. Fuit hic Hildericus bonus princeps ac integer in Christiana religione, sed anno Christi 530. à Gilimere per insidias captus, & in carcerem coniectus, ac ignominiosè habitus fuit. Neque tamen Gilimer diu regno potitus est, sed per Bellisarium, vt Procopius refert, circa annum Christi 535 victus & oppressus est, atque vnà cum ipso Vuandalorum regnum finijt. Durauit autem hæc Vuandalorum persequutio in Affrica annos circiter 80.

Ad hunc scripsit B. Fulgentius.

## *De decimanona maxime diuturna & grauissima persequutione Mahu-*

*metana, quam Sarraceni & Turcæ aduersus Christi ecclesiã exercuerũt.*

## CAPVT XV.

Ecclesia grauius corrupta.

PErsequutionibus hactenus expositis, quæ fuere quædam Dei castigationes, pauci in Ecclesia vt verè resipiscerent adducti sunt, plerique deteriores facti fuere: variæ enim sectæ & hæreses, vt Macedonianorum, Nestorianorum, Pelagianorum, aliæque plures, quas commemorare operosum esset, magis magisque auctæ sunt: atque inde non tantum inter doctos verum plebeios quoque & idiotas graues contentiones, rixæ, & periculosa schismata toto Oriente exorta sunt. Præterea in Occidente Romanus Episcopus impie extulit se suamque Ecclesiam supra omnes alias Ecclesias ecclesiarumque ministros, toto Christiano orbe, idque apertè contra sacram Euangelij doctrinam, & ipsius Gregorij Papæ scripta. Hoc igitur rerum statu Deus grauioribus perturbationibus & crudelioribus persequutionibus Ecclesiam premi passus est.

Ortus falsi prophetæ Machometi.

Anno enim Christi 613. primùm notus & celebris in Arabia factus est improbus hypocrita & versutissimus homo Machometus, quẽ quidã Muhãmat nominant: Hic ab adolescentia hactenus mercator fuerat, postea se prophetam à Deo missum iactabat. Adiunxere se illi

illi quidam improbi & peruersi Iudæi, ac Sergius monachus apostata & hæreticus: horum opera nouam legem conscripsit, quam Alcoranum nominauit: significat autem Alcorani nomẽ legum farraginẽ. Atque hic apertè à sacris literis vtriusq; Testamẽti defectionẽ fecit: illæ enĩ sunt vera lex à Deo tradita, extra quã nullo alio legis libro opus habemns: Machometus verò Sarracenis suis & Turcis, ac omnib. qui ipsi aliquando crediturí essent, nouã & peculiarẽ legem tradidit: figmentũ reuera tamen miserũ, impurũ et mendax ac plenũ turpiũ fabularũ, vt mirandũ sit homines prudentes tã absurdis & perplexis nugis potuisse assẽtiri. Verùm hic apparet horrenda Dei ira aduersus omnes illos, qui nõ contẽti sunt Christi doctrina & sacris literis: meritò enĩ hi omnes qui nõ credunt veritati, credũt postea mendacijs, & turpiter decipiuntur ac seducuntur.

Alcorã impius & fabulosus liber.

Ioan. 5. 2. Thes. 2.

Instituit autem hac lege Machometus diabolicus & falsus propheta, nouam religionem prorsus contrariam Christianæ fidei. Fatetur quidem vnum esse Deum creatorem cœli & terræ, quem solum adorare & inuocare oporteat, neque colendos esse aut venerandos vllos alios Deos, idola aut imagines, quas Sarraceni & Turcæ summo odio prosequuntur. Sed nõ agnoscit iuxta sacras literas discrimina personarum, in vna & impartibili diuinitatis essentia, patrem, filium, & spiritum sanctum, verum

Sũma Machometanæ siue Turcicæ fidei.

Deus.

Christus. impugnat & contumelijs proſcindit ſanctam trinitatem Sic etiam Chriſtum agnoſcit magnum prophetam, ex ſancta & intemerata virgine natum, & in cœlos receptũ, verùm quod veræ & viuificæ fidei proprium eſt, non confitetur Ieſum Chriſtum eſſe æternum Dei filium, verum Deum & hominem, vnicum mediatorem Dei & hominum, qui noſtri cauſa crucifixus & mortuus, à mortuis reſurrexerit, ac ſedeat ad dextram Dei, eiuſdem poteſtatis cum patre in cœlis. Hæc omnia blaſphemat et

Peccatorũ remiſsio. impugnat, & Chriſtum crucifixũ eſſe negat, ideóque perperam etiam docet de peccatorũ remiſsione, quam ſolum per fidem in crucifixum Dei filium adipiſcimur, imò fidem, &

Fides & iuſtitia. iuſtificationem per fidem in Chriſtum ignorat, ac varios cultus & media adipiſcendæ ſalutis fingit: veluti ſi quis ieiunet, oret, eleemoſynas largiatur, multos & magnos labores perferat, multa patiatur, fortiter pro Machometana religione pugnet, & in bello occumbat. Exiſti-

Opera. mat etiam hominem legi ſatisfacere poſſe, & ſuis operibus ſalutem adipiſci: habet ſuos monachos & ſacerdotes, in quorum meritis ſpem

Vita æterna. ſalutis collocat. Reſurrectionem corporũ fatetur quidem, ſed plane carnaliter & impure de felicitate loquitur, quaſi in Paradiſo corporis voluptatibus fruamur, cibo, potu, corporũ formis fruentes, quaſi in beatorum inſulis aut Vtopia quadam.

Euan-

Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam ſimiliterque cœtus noſtros ſacros contemnit, ſibi credentes Iudaico more circuncidi iubet: noſtrum verò Baptiſmũ nihili facit: ſacramẽtum corporis & ſanguinis Chriſti, totamque actionem ſacræ Cœnæ Dominicæ à Chriſto inſtitutam & traditam, contumelijs afficit: omnes Chriſtianos ritus contemnit, inſtituit verò peculiares cœtus, propria templa, ritus & ceremonias : Sextum diẽ ſeptimanæ, quẽ nos Veneris nominamus feriari iuſsit: ieiunia & luſtrationes quæ aqua fiant inſtituit: quinquies interdiu orare iuſsit: vetat creaturas adorare aut ſanctos, ſed ſolum Deum, quod rectũ eſt: ſed extra Chriſtum Deum inuocare docet. Huiuſmodi autem preces Deo non ſunt acceptæ, quoniam non fiunt per Chriſtũ, per quẽ nos Deum patrem noſtrum in cœlis inuocamus, id quod ipſe ridet. At Iohannes inquit, eum qui filium non habet neque patrem habere. Sacrum matrimonium ab ipſo prorſus prophanatur: facit enim viris poteſtatem ducendi vxores quot libuerit, & quod iniquum & turpe eſt, repudiandi ſuo arbitratu abſque cauſa. Porcinas carnes Iudaico more vetat: vino quoque interdicit: opulentiores tamen precioſa potuum genera ſibi parant, quibus non minus quàm vino inebriantur. Atque hæc eſt diaboli doctrina, cuius Paulus meminit. 1. Tim. 4. cap. Quæcunque verò de Machome-

Cœtus ſacri, ritus & ſacramenta.

Feriæ.

Preces.

1. Ioan. 2.

Matrimonium & diuortium.

tana fide commemoraui, ea de vniuersa Turcica religione seu superstitione intelligēda sūt quæ hodie apud Turcas in vsu est. Recitaui autē hæc quàm breuissime, vt hi quibus Turcica religio incognita est, breuem summam habeant, non quidem totius religionis, sed præcipuorum saltem dogmatum.

Ira Dei.

Ex his autem quæ cōmemotata sunt, quis non intelligit ira Dei grauissima sed simul iustissima mundum seueriſsime à Deo punitū esse, quando tam absurdam turpem & nequā religionē passus est inualescere? interea simul quoqne audiamus & obseruemus, quam immanem & diuturnam persequutionem, quæ hodie quoque durat, improba hæc & Machometana fides contra sanctam Christi Ecclesiā & veram fidem excitarit.

Sarraceni filij Sarræ.

Machometus falsus propheta, & parricidalis seductor orbis, persuasit suis Sarracenos ipsos esse veros filios & hæredes Sarræ vxoris Abrahami: ideòq; ad ipsos pertinere omnes promissiones Abrahamo factas, nempe semen eius dominaturum orbi terrarum, hortatus igitur est Sarracenos, vt sumptis armis omnia regna orbis terrarum tanquam propriam hæreditatem animose occuparent.

Sarraceni qualis populus.

Sarraceni autem fuere barbarus & inhumanus Arabum populus, qui ante Agareni nominabantur: hi stipendio à Romanis accepto in bello aduersus Persas illis militarunt. Verū

cum

cum is qui nomine Imperatoris exercitui lustrando præerat, in numerando stipendio contumelioſe eos appellaſſet canes, dicendo, quis nam huic canum gregi ſatis pecuniarum numerare poſsit? à Romanis defecerunt, & perſuaſi ab Homare duce Machometũ ſibi principem elegerunt: præſertim cum ipſis perſuaſiſſet, illos non ab Agara ancilla Agarenos, ſed à Sarra Sarracenos nominari: ideoq; vt dictũ eſt, omnium regnorum dominos & hæredes eſſe. Facta ſunt hæc anno Chriſti 623. At verò ſeditioſus & parricida ac improbus nequam Machometus, mox atque Imperium adeptus eſt, falſam & improbam ſuam fidem gladio propagare & hominibus obtrudere cœpit, & veram Chriſti fidem perſequi & opprimere. Atque in his rebus ipſe verſatus eſt annis nouem, ad annum vſque 632. Promittebat verò omnibus qui ſuam fidem ſectarentur, fœlicitatem, gloriam, imperia, victorias, opes, & poſt hanc vitam paradiſi voluptates. Atque hac ratione ſibi magnam hominum multitudinẽ adiunxit, præſertim cum initio res proſperè illi ſuccederent: vulgus enim fortunam, victorias & opes ſequitur: crucem autem & perſequutiones horret. Simul quoque perſequi iubebat cunctos qui Alcorano contradicerent aut hunc reprehenderent. Itaq; multi à Chriſtiana fide defecerunt, ac omnes pij ac veri Chriſtiani grauibus perſequutionibus oppreſ

Machometus fit princeps.

Machometus falſam religionem inſtituit.

Multitudo.

Perſecutio.

si sunt: & hoc est initium Sarracenici regni.

Sarracenorũ Amiræ.

Post Machometi mortem Sarraceni principes suos Amiras nominarunt, quod idem esse volunt ac Cæsaris nomen. Horum principum nomina et ingentes victoriæ in historijs describuntur vsque ad annum Christi 870. Gesserũt enim grauia bella & multa prælia fecere, ac victoria potiti sunt aduersus Constantinopolitanos Imperatores, aliosque reges & principes. Subiecerunt sibi Persiam, Babyloniã, Syriam, vrbem Hierosolymam, ac magnis victorijs potiti sunt in Asia & Affrica, quibus in locis principes suos Soldanos aut Sultanos & Caliphas nominarunt, hoc est, summos principes & belli duces.

Soldani.

Sarraceni in Italiam Hispaniam Galliam.

Irruperunt etiam Sarraceni in Italiam, Hispaniam & Gallias, & omnia quęcunque potuerunt spoliarunt, vastarunt, combusserunt, innumeramque prędam abduxerunt. Quam verò misere Christi Ecclesia dilacerata sit, quantum sanguinis Christiani effusum in tam multis prouincijs, totq; annis, verbis enumerari nequit. Nam ex Hispania Sarraceni demum pulsi sunt per Ferdinandum magnum, anno Christi 1487. Ex Affrica autem pulsi sunt anno Christi 1517. sed in eorum locum Turcæ successerunt, Selymus enim Turcicus Imperator Sarracenos Affrica expulit & deleuit.

Bellum Sacrum.

Huc etiam pertinet miserabilis illa laniena in qua ineffabilis vis sanguinis profusa est, quod

quod vulgò ſacrum bellum nominatur, quo Chriſtiani Hieroſolymam, & ſacrum Domini ſepulchrum è manibus Sarracenorum & Machometanorum recuperare conati ſunt, ſed nihil aliud fecerunt, quàm quòd non tantum ſacrum ſepulchrum retinere non potuerunt, verùm ipſi ad propria ſepulchra & interitũ properarunt, & infelici bello miſeros Chriſtianos in Oriente, in odium, grauia pericula & perſecutiones adduxerunt, ſic vt ferè totũ quod reliquum erat perdiderint. Atque vt magna hæc grauis diuturna & crudelis perſecutio, quam Sarraceni aduerſus Chriſtianos exercuerũt, melius cognoſcatur, ſummã huius belli exponã.

Origo belli Sarraceni ci.

Anno igitur Chriſti 1094. venit ex Oriente quidam Anachoreta, quem hiſtorici Petrum Eremitam nominant. Hic querelis principes & omnium ordinum homines replebat, commemorans quàm miſera ſit conditio Chriſtianorũ in Oriente, quos Machometani Sarraceni graui tyrannide premerent, & moleſtijs afficerent: æquum igitur eſſe Chriſtianos in Occidente horum rationem habere, et conſcripto exercitu, ſuperatisq; Sarracenis, Chriſtianos in Oriente liberare. Breui poſt Vrbanus 2. Papa, Gregorij 7. diſcipulus, Concilium Claromonte in Gallia coegit, in quo decretum eſt, Chriſtianos totis viribus debere Sarracenis bellum inferre, Hieroſolymam & ſanctum ſepulchrũ occupare, atq; ita Chriſtianos à tyrannide li-

Concilium Claromõtanum.

berare. Concilium hoc pernicioſum fuit Reipub. Chriſtianæ, & eum exitum habuit, quem Concilium illud quod 1. Reg. vltimo cap. deſcribitur. Fuerunt enim omnia infortunata, & Chriſtiani nõ tãtũ à tyrãnide nõ ſunt liberati, ſed magno numero cęſi, et poſtea grauius quã vnquã antea oppreſsi et afflicti. Et quàmuis cõplures honeſti homines bono animo militię nomẽ dederũt, carebãt tamẽ fundamẽto verbi diuini quod iuberet Hieroſolymã, & ſanctum ſepulchrũ è manib⁹ Sarracenorũ eripere, & tã graue bellũ & periculoſum incipere. Etſi autẽ multa præclarè geſta ſunt ac multa occupata, nulla tamẽ cõſtans fortuna fuit, vt parta retinerentur, & oppreſsis Chriſtianis pax pararetur. Põtifices etiam ſuis Concilijs, quoad hoc bellũ, principibus ac multis pijs Chriſtianis malè cõſuluerunt: ſicut & multis alijs in rebus. Alias fraudes, quę coniunctæ fuerunt, breuitatis cauſa omitto. Celebratum eſt autem Concilium Claromontanum, anno Chriſti 1095.

Initium belli, & 1. Expeditio.

Poſt Conciliũ Claromõt. mox bellũ incepit Pet. Eremita, & ſecũ ducẽs aliquot millia, qui ſponte huic militiæ nomẽ dederãt, per Vngariã in Aſiã profectus eſt: ſed nihil memoria dignũ geſsit. Atq; hæc fuit 1. infelix expeditio.

Exped. 2.

Breui poſtea duo turbuléti ſacerdotes (Volcomarum et Godeſcharũ hiſtorici nominant) collecta magna inutilis vulgi multitudine, ſecundam expeditionem in Aſiam inſtituerũt.

Sed

Sed cum in Vngariam veniſſent, ac illic omnia prædarentur,& flagitioſè agerent, ita vt deteriores infidelibus Sarracenis ab Vngaris iudicarẽtur, collecto ab Vngaris exercitu, improbi nebulones cæſi ſunt.

Anno Chriſti 1096. tertiam expeditionem in Aſiam ſuſceperunt Gottfridus, & Balduinus è Bullonia familia, duces Lotharingię. Hi collectis centum millibus equitum, & trecentis millibus peditum, multas Aſię vrbes cœperunt,& ipſam Hieroſolymam. Refert autem Vrſpurgenſis, tantum ſanguinis illic effuſum, vt in ipſo templo ſanguis equorum vngulas ſuperaret. Anno igitur Chriſti 1099. vrbs Hieroſolyma à Chriſtianis capta, facta eſt caput noui regni Chriſtianorũ in Oriente, & Gottfridus dux, rex creatus. Regnauit hic annũ vnum, ac ſecuti ſunt ipſum ordine ſeptem reges, qui annis circiter centum regnarunt: anno autem Chriſti 1189, omnia rurſus perdita ſunt.

Expeditio 3. Gothofredi Bullionij.

Hieroſolyma caput noui regni in Oriente.

Poſtquam fama ex Oriente allata fuit Hieroſolymam captam eſſe,& nouum regnum inſtitutum, multi excitati ſunt vt illuc proficiſcerentur, opes & imperia ſperantes. Itaq; anno Chriſti 1101. Vuilhelmus Pictonum dux cum 100000. hominum ſacram militiam ſuſcepit. Atq; hæc fuit quarta expeditio, eaq; nõ admodũ felix: nã pauci ſupra 1000. domũ redierunt.

Expeditio 4. Guilielmi Pictaui.

Etſi autem Hieroſolyma à Chriſtianis occupata eſſet, nihilominus tamẽ Sarraceni à bello non ceſſabant, ſed adeò vehementer vrgebãt

Christianos, vt auxilium implorarent, ac Sanctus Bernhardus Abbas Claræ vallis tum se infelici huic bello immiscuit, ac varijs profectionibus susceptis, Christianos principes ad bellum suscipiendum hortatus est, & tandem effecit vt Conradus 3. Imperator, Ludouicus rex Francorũ, Fridericus Sueuiæ, Vuelpho Bauariæ duces, multiq; alij principes quintam expeditionẽ magnis viribus susciperent: sed hi quoque nihil effecere, ac exercitu passim in peregrinis regionibus moriente, ægrè ipsi principes euaserunt. Facta est autem ingens hæc expeditio anno Domini 1147.

S. Bernhardus ad bellum hortatur.

Exped. 5.

Capta est postea Hierosolyma, vt suprà diximus, à Sarracenorum ingẽtibus copijs, cum ineffabili damno & effusione sanguinis Christiani. Tristi hoc nuncio in Occidentem allato, arma sumpsere Fridericus Barbarossa Imperator, Philippus Francorum rex, Richardus rex Angliæ, & cum his multi alij principes: Hi sextam expeditionem in Orientem susceperе, anno Christi 1189. maximis copijs, quibus tamen nihil effecere, quàm quòd præclarus princeps Fridericus Imperator in flumine submersus & extinctus est, ac exercitus magna ex parte morbis perijt, reliqui quorũ non magnus fuit numerus, miserè domũ redierũt.

Hierosolyma rursus amittitur.

Exped. 6.

Denuò tamen nouam & 7. expeditionem instituerunt duo potentissimi reges Galliæ & Angliæ, anno Christi 1191. Ac rursus in Asiam pro-

Exped. 7.

profecti, magna multitudine hominum amissa Hierosolymam Sarracenis relinquere coacti sunt.

Anno Christi 1198. Heinricus Friderici Barbarossæ filius, octauã expeditionem in Syriam suscepit: verùm mox damno accepto re infecta redijt. Exped. 8.

Post has expeditiones omnes Innocentius 3. Papa, homo vafer & audax, bellum hoc denuô restaurare conatus est, conuocato Romæ ingenti concilio, quale vix aliud fuit, anno 1215. sed ipse quidẽ in hac actione obijt, successit autẽ illi Honorius 3. qui rem eandẽ non minus vrsit, confingens, vt falsus propheta, oraculum, & sibi à D. Petro reuelatũ esse dicens, Hierosolymam suæ gubernationis tempore recuperandã esse. Itaque tum 9. expeditio suscepta est versus Aconem, quæ quondam Ptolemais fuit. Capta tum quidem est Damniata, maiori tamen damno quàm emolumento nostrorũ, & quidem anno 1222. capta, proximo rursus amissa est. Breuiter, nihil ferè bello partũ, resque omnes parum prosperè cesserunt. Innocẽtius 3. & Lateranense Cõcilium. Honorij 3. prophetia. Exped. 9.

Anno Domini 1228. Fridericus Imperator huius nominis 2. sapiens, præclarus et victorioſus princeps, 10. expeditionẽ in Syriam suscepit, ac cæsis hostibus, multas è præcipuis vrbibus, atq; ipsam quoq; Hierosolymã cœpit. Sed dum optimus Imperator bellum aduersus infideles gerit, Gregorius 9. Papa, Apuliam in Exped. 10. Ecce quomodo Pa-

pa fauerit Christianos.

uasit,& ipsius patrium regnũ occupauit: ideóque præter suam voluntatẽ cum Soldano pacem facere et discedere coactus est. Factum hoc Papæ Abbas Vrspurgensis in suis Chronicis meritò vehementissimè repræhendit.

Exped. 11.

Postea anno Christi 1248. Ludouicus Gallorum rex cum suis fraribus Roberto & Carolo, instructissimum exercitum in Syriam duxit: sed eadem qua superiores fortuna vsus est. Robertus enim cæsus fuit, Carolus à Soldano captus, exercitus perijt, ac rex Ludouicus egrè cum paucis euasit. Atq; hæc fuit 11. infelix expeditio.

Exped. 12.

Anno Christi 1270. denuo Luduoicus rex exercitum in Affricam contra Sarracenos duxit, quæ 12. est expeditio: sed cum morbus exercitum inuasisset, rex ipse cum altero suorum filiorum obijt, tres enim secum in bellum duxerat: pauci è populo incolumes domum rediere.

Etsi omnia infeliciter cederẽt pergunt Papæ ad bellum accendere.

Etsi autem in hoc bello, quod primum Petrus Eremita accenderat, postea conciliũ Claromõtanum indixerat,& deinceps instinctu et opera Paparum gestum fuerat, nulla constans fortuna erat, sic vt omnibus manifestum esset Deum nolle prosperũ successum largiri: cumque Hierosolyma rursus amissa esset,& miserrimus esset status Christianorum in Oriente, persecutionibus bello non sublatis sed auctis, nihilominus tamen infelices pontifices hac in

effabi-

effabili ſanguinis effuſione nequaquam ſatiabantur, neq; vt perpetuis & magnis infortunijs cederẽt adduci poterant. Nam Gregor. 10. Lugduni ingenti concilio coacto anno 1272. bellum renouare conatus eſt, ſed fruſtrà, cum tantum antea miſeriarum & calamitatum, tantumque damni corporibus ac fortunis datum fuiſſet. Ac ſcribit Matth. Palmerius in Chronicis, multis millibus Chriſtianorũ in Syria à Sarracenis trucidatis, reliquos prę metu et terrore regionem deſeruiſſe: id factum eſt anno Chriſti 1291. in quem annũ Paulus Aemilius & Gallorum Chronica, finem ſacri huius, imò infelicis belli, referunt, quod durauit annis circiter 196. ita vt nullum ſimile in hiſtorijs reperiatur. Atq; hoc bellum excitauit magno Chriſtianorum damno & oppreſsione Petrus ille ignotus Eremita (de quo multi quidẽ magna iactant, alij autem meritò dubitarunt num homo an neſcio quid aliud fuerit, plæriq; hypocritam fuiſſe dixerunt) adiutus à Concilio & Pontificibus. Atq; hæc de Sarracenica perſecutione dicta ſunto: deinceps ad Turcicam veniamus.

Concilium Lugdunẽſe

Quandiu bellum hoc durarit.

Vrſperg. pag. 240.

Turcarum perſequutio qua Chriſtianos inſectati ſunt, aliquo modo cum Sarracenica coniuncta eſt, eamq; grauiorem et ſæuiorem fecit. Sunt autem Turcæ Tartarica gens, qui anno Chriſti 764. è ſuis finibus per Caſpias portas eruperunt, & in Aſia ſedes poſuêre. Ac primũ

Turcica perſecutio.

Turcarum origo.

Sarracenis militarũt ſtipendio illorũ cõducti, poſtea rebus bellicis aucta eorũ fortuna, circa annũ Chriſti 1051. proprios ſibi principes crearũt, qui miſeros Chriſtianos perpetuõ afflixere & perſecuti ſunt: nam & ipſi Machometanam religionem receperant.

Quando Turcarum uires auctę.

Non dubitandum autẽ eſt, Deum hanc immanem & ſuperſtitioſam Turcarum gentem Chriſtianis loco virgæ dediſſe. Nam ſicuti tempore Solomonis, cum ille à lege Dei receſsiſſet & vxores ſuas ſiuiſſet idolis templa extruere, exorti & aucti ſunt ipſius ac totius regni hoſtes: ſic inter Chriſtianos, cum Bonifacius 8. Papa, multa contra Chriſtianam religionẽ faceret, & Iubilæum Iudæorum à Chriſto abolitum reduceret, quo non leuiter redẽptio Chriſti extenuabatur: eodem etiam tempore anno Domini 1300. excreuit vehemens illa virga, Othomannus inquam Turcarũ princeps, qui initio paſtor fuerat. Ab hoc orti ſunt omnes Turcarum principes & Imperatores, qui hactenus imperium obtinuerunt, & Chriſtianos perſequuti ineffabilibus damnis affecerunt: ac quicquid Sarraceni reliquum fecerant vaſtarunt, ac tale regnũ inſtituerũt, quod hactenus, proh dolor aduerſus omnem potentiã ingenti vi ſeſe defendit & auxit. Propagauit Othomãnus longè latéq; imperiũ ſuũ, & Chriſtianos Græcos, qui ſub Imperio Cõſtãtinopolitano erãt, ingẽtib. damnis affecit, pfligauit et occidit.

Iubilæus.

Othomãnorum Regum origo.

Otho-

Othomanno in Turcico Imperio ſucceſsit filius Orchannes, anno Domini 1328. Hic patris veſtigia ſecutus, Chriſtianos grauiter afflixit, & Niceam vrbem obſedit, quam cum Imperator Conſtantinopolitanus liberare veller, Chriſtianorum exercitus miſerabiliter cæſus eſt, vrbs dedita, & crudeliter in omnes Chriſtianos ſæuitum. Orchannes 2. princeps Turcarum.

Anno Domini 1350. Orchãni patri ſucceſsit Amurates primus, tertius Turcarum princeps. Hic exercitu trans mare miſſo, Hadrianopolim, Seruiam, & Bulgariam cepit. Cum autem Chriſtiani principes ipſum eijcere conarentur, cum exercitu ſuo à Turcis cæſi ſunt. Amurates 3. princeps Turcarum.

Baiazetus primus, quartus Turcarum princeps, regnare cepit anno 1373. Hic ineffabilibus damnis Chriſtianos affecit, ac inter alia Conſtantinopolim annis octo grauiter obſedit. Cum autem Conſtantinopolitanus Imperator aliorum Chriſtianorum opem imploraſſet, misêre illi auxilia Carolus 6. Francorum rex, Sigiſmundus rex Vngariæ, Ioannes dux Burgundiæ, Rupertus dux Bauariæ, alijque principes, exercitu octoginta milliũ hominũ collecto: ſed hi omnes die S. Michaeli angelo ſacrato à Turcis ad Nicopolim cæſi ſunt, anno Chriſti 1395. Baiazetus 4. princeps Turcarum.

Machometus 5. princeps Turcarum, anno Domini 1399. Imperium adeptus eſt. Hic Sigiſmundum Vngarorum regem Columbecij Machometus 5 princ. Turcarum.

Sarracenis militarũt ſtipendio illorũ cõducti, poſtea rebus bellicis aucta eorũ fortuna, circa annũ Chriſti 1051. proprios ſibi principes creárũt, qui miſeros Chriſtianos perpetuô afflixere & perſecuti ſunt: nam & ipſi Machometanam religionem receperant.

Quando Turcarum uires auctę.

Non dubitandum autẽ eſt, Deum hanc immanem & ſuperſtitioſam Turcarum gentem Chriſtianis loco virgæ dediſſe. Nam ſicuti tempore Solomonis, cum ille à lege Dei receſsiſſet & vxores ſuas ſiuiſſet idolis templa extruere, exorti & aucti ſunt ipſius ac totius regni hoſtes: ſic inter Chriſtianos, cum Bonifacius 8. Papa, multa contra Chriſtianam religionẽ faceret, & Iubilęum Iudæorum à Chriſto abolitum reduceret, quo non leuiter redẽptio Chriſti extenuabatur: eodem etiam tempore anno Domini 1300. excreuit vehemens illa virga, Othomannus inquam Turcarũ princeps, qui initio paſtor fuerat. Ab hoc orti ſunt omnes Turcarum principes & Imperatores, qui hactenus imperium obtinuerunt, & Chriſtianos perſequuti ineffabilibus damnis affecerunt: ac quicquid Sarraceni reliquum fecerant vaſtarunt, ac tale regnũ inſtituerũt, quod hactenus, proh dolor aduerſus omnem potentiã ingenti vi ſeſe defendit & auxit. Propagauit Othomãnus longè latéq; imperiũ ſuũ, & Chriſtianos Grẹcos, qui ſub Imperio Cõſtãtinopolitano erãt, ingẽtib. damnis affecit, pfligauit et occidit.

Iubilæus.

Othomãnorum Regum origo.

Otho-

Othomanno in Turcico Imperio ſucceſsit filius Orchannes, anno Domini 1328. Hic patris veſtigia ſecutus, Chriſtianos grauiter afflixit, & Niceam vrbem obſedit, quam cum Imperator Conſtantinopolitanus liberare vellet, Chriſtianorum exercitus miſerabiliter cæſus eſt, vrbs dedita, & crudeliter in omnes Chriſtianos ſæuitum. Orchannes 2. princeps Turcarum.

Anno Domini 1350. Orchãni patri ſucceſsit Amurates primus, tertius Turcarum princeps. Hic exercitu trans mare miſſo, Hadrianopolim, Seruiam, & Bulgariam cepit. Cum autem Chriſtiani principes ipſum eijcere conarentur, cum exercitu ſuo à Turcis cæſi ſunt. Amurates 3. princeps Turcarum.

Baiazetus primus, quartus Turcarum princeps, regnare cepit anno 1373. Hic ineffabilibus damnis Chriſtianos affecit, ac inter alia Conſtantinopolim annis octo grauiter obſedit. Cum autem Conſtantinopolitanus Imperator aliorum Chriſtianorum opem imploraſſet, misêre illi auxilia Carolus 6. Francorum rex, Sigiſmundus rex Vngariæ, Ioannes dux Burgundiæ, Rupertus dux Bauariæ, alijque principes, exercitu octoginta milliũ hominũ collecto: ſed hi omnes die S. Michaeli angelo ſacrato à Turcis ad Nicopolim cæſi ſunt, anno Chriſti 1395. Baiazetus 4. princeps Turcarum.

Machometus 5. princeps Turcarum, anno Domini 1399. Imperium adeptus eſt. Hic Sigiſmundum Vngarorum regem Columbecij Machometus 5 prin. Turcarum.

ingenti prælio vicit, & multum damni Christianis dedit anno 149.

Amurates 2. sextus princeps Turcarũ.

Postea anno Domini 1416. Amurates 2. sextus Turcarum Imperator factus est. Hic bellũ gessit cum Ladislao Vngariæ ac Polonię rege: ac Ladislaus Dei beneficio victo Amurate eũ ad pacis conditiones adegit Christianis admodum idoneas & vtiles. Confirmata etiam est hæc pax iuramento, & Christianorum res aduersus Turcas tum non malo loco erant, si modo nihil turbasset Eugenius 4. Papa. Hic enim misso in Vngariam legato Iuliano Cesarino, persuasit regi Ladislao eũ nõ teneri iure iurãdo, quod Turcę dederat, & pace quam fecerat: nam cum infidelibus et hæreticis nõ esse pacem faciendam, neq; iuramenta et promissa illis seruanda esse. Vrgebant præterea multi alij regem Ladislaum, vt fortuna diuinitus data aduersus Turcas, in cõmodum totius Reipublicæ Christianæ vteretur, Turcam in graui terrore versari, & bello à Carmanis premi, ideóq; facile vinci posse. His rationibus incitatus iuuenis & bonus ac innocens princeps, rupta pace, & iureiurando violato bellum Turcæ intulit, & inter Danubium atque Adrianopolim propè Varnam vrbẽ castra posuit. Huic Amurates obuiam venit cum octoginta millibus hominum, grauiter exprobrans Christianis periurium & pacem ruptam, ac iuuenem regem ab alijs deceptum vnà cum multis principi-

Pax rupta & periurium.

cipibus & nobilibus occidit, atque vt Platina teſtatur in vita Eugenij 4. trecẽta millia Chriſtianorum eo prælio cæſa ſunt. Pugnatum eſt pridie Martini anno Chriſti 1444. Quod ſi quis pleniorem deſcriptionem tantę calamitatis deſiderat, legat Antonij Bonfinij hiſtoriam Vngaricam, Decad. 3. lib. 6.

Ingens clades Chriſtianorum.

Neq; tamen hac victoria contentus fuit Amurates, ſed mox exercitu in Græciam ducto Imperatoris Cõſtantinopolitani fratrẽ cum ſuis copijs cæcîdit, & Peloponeſum incendijs ac direptionibus vaſtauit: Chriſtianos verò quos nõ occiderat, captiuos in miſeram ſeruitutem abduxit: atq; ita tam bene conſultum fuit Chriſtianis ſanguinario & perfido Eugenij Papæ conſilio.

Poſt tot calamitates & tam graues perſecutiones, maiora adhuc mala Chriſtianos iuſto Dei iudicio oppreſſerunt. Nam anno Chriſti 1450. Machometus ſecũdus Amuratis filius, 7. Turcarum princeps factus eſt. Hic propter res geſtas Magnus, & primus Turcarum Cæſar aut Imperator nominatus eſt, propterea quod Imperium, quod à tempore Conſtantini Magni annis 1121. in Chriſtianorum poteſtate manſerat, illis fortiter ereptum Turcorum poteſtati ſubiecit.

Machometus 2. Turcarũ 7. princeps.

1. Cæſar Turcarum.

Nam anno Chriſti 1453. maximis copijs Conſtantinopolim Imperij caput obſedit, ac cum dies quinquaginta cõtinenter obſediſſet,

Conſtantinopolis capta.

& machinis oppugnasset, tandem 29. Maij die à mane vsq; ad multam diem totis viribus vrbem oppugnauit, & postremò cœpit. Hîc verò commemorari non potest: quanta immanitate, libidine, quibus contumelijs barbari Turcæ miseros Christianos absq; omni misericordia affecerint. Constantinus Imperator quià multitudine hominum conculcatus perierat, è cadaueribus extractus, capite truncatus fuit, & illud hastæ impositum circumgestatũ fuit ludibrij causa, imò in contumeliam Christianorum. Tradunt etiã quadraginta millia Christianorum cæsa esse: & centum quinquaginta millia abducta & vendita. Exacta huius calamitatis & inauditæ persequutionis descriptio extat in Naucleri historia Generat. 49.

Ingentes victoriæ Mahometi.

Refert etiam Ioãnes Auentinus historicus, magnum hunc Machometum præter duo Imperia Trapezuntinum & Constantinopolitanum, 12. regna Christianis ademisse, & ducentas celebres vrbes. Anno etiam Christi 1469. in Styriam irruisse, ac Græcium vrbem obsedisse: vnde Christianis tantus terror illatus est, vt à Saltzburgo, quod Iuuaniam veterũ fuisse volunt, Monacum vsque Bauariæ ita contento cursu fugerint, vt in itinere liberos curribus decidentes negligerent. Nominarunt id tum temporis Turcicam fugam.

Baiazetus 2. Cæsar 2. Turcarum.

Anno Domini 1481. Baiazetes 2. Turcarũ Cæsar & 8. eorum princeps ab Othomanno ia-

ctus est.

ctus est. Hic quoq; Christianos crudeliter persecutus est, & in Vuallachiam atq; Vngariam irrupit, & ad Morauã fluuium Christianis profligatis, captiuis contumeliæ causa nares abscidit: bellum etiam aduersus Venetos gessit, misso aduersus illos Scendero Bassa in forum Iulij, à quo omnia latè vastata sunt, ac multi Christianorum abducti, & eorum quater mille centum ad ripam Tiliauenti fluminis crudelissimè conciſi. Multa quoq; alia immaniter et crudeliter à Baiazete cõtra Christianos gesta sunt.

Anno 1512. nonus princeps Othomãnicus, & 3. ex ordine Turcicorũ Cæsarum Selimus regnare cœpit. Hic Sarracenos & Mammalucos deleuit, postremũ eorum Sultanum Tomombeium, 13. Aprilis, anno 1517. ignominiosissimè suspendi iussit: capta Alcayro seu Memphi maxima Aegypti vrbe. Atque hoc modo Turcici principes tribus maximis imperijs potiti sunt, Trapezuntino, Constantino politano, & Aegyptiaco: & sic quotidie virga seu gladius quem Deus contra Christianos parauit, corroboratus est. Selimus. 3. Turcarum Cæsar.

Solimannus in Imperio secutus est Selimum patrem, anno 1519. decimus princeps & 4. Cæsar Turcicus. Cœpit hic Bellogradũ seu Albam Græcam munitissimam vrbem, & totius Vngariæ clauem, anno Christi 1521. Solimannus 4 Cæsar Turcarũ.

Postea anno 1523. insulam Rhodum obsedit, & ad deditionem coegit. Anno deinde vi- Rhodus.

gesimo sexto supra millesimum quingentesimum, Ludouicum Vngariæ regem cum omnibus suis copijs profligauit & occidit. Rursus anno 1529. exercitum in Austriam duxit, & Viennã regionis caput obsedit: quamuis autẽ hac non fuerit potitus, nihilominus tamen incredibile damnum regioni dedit, incendijs, vastationibus, cædibus, et captiuitate multorum millium Christianorum quos abduxit. Rursus anno Christi 1537. Christianos denuò in Vngaria vicit, & multum illis detrimenti attulit. Postea anno 1541. Budam Vngariæ metropolim, totũq; regnũ cepit. Sed quia hęc omnia in recẽti hominũ memoria sunt, intra ãnos 50. gesta, breuiter tantũ indicare & repetere volui: neque etiam ignotum est, quantum damni Christianis in Vngaria dederit circa tempus mortis suæ, anno 1566. Ligetho capto, Christianis plurimis aut cæsis aut in captiuitatem abductis.

Ludouicus rex Vngariæ.

Vienna.

Buda.

Ligethum.

Postremò quid Christianis expectandum sit à Selimo 2. Solimanni filio, vndecimo principe Othomãnico, & 5. Cęsare Turcarum, qui anno 1566. regnare cepit, experientia ipsa docuit anno Christi 1570. quo nobile Cypri regnum cepit, multa millia Christianorum excruciata trucidauit, aut ad perpetuam & sæuissimam seruitutem abduxit.

Selimus 2. Turca. 5. Cęsar.

Credo hoc loco cõplures admiraturos hanc meam commemorationem Sarracenicarum & Tur-

Differentia inter ueteres.

& Turcicarum perſequutionum, qui has non numerant inter perſecutiones ſed inter bella, quorum longè alia ratio ſit quàm veterum perſecutionum, quas Romani Imperatores exercuerunt aduerſus Eccleſiam Chriſti: quæ neq; ſe defendit, neq; bellum aduerſus Cæſares perſequutores ſuos geſsit; ſed ſpontè & patienter ſe miſerijs & morti ſubiecit. Quibus accedit in Eccleſia veteribus illis temporibus longè maiorem fuiſſe ſimplicitatem & veritatem doctrinę, vt ſuprà oſtendimus, quàm noſtra ætate in Romana eccleſia tradatur & vſu recepta ſit. Ac verum equidem eſt ingens eſſe diſcrimen inter veteres & noſtræ ætatis homines, eorũq; religionem: nihilominus tamen commemoratæ Sarracenorum et Turcarum perſecutiones, & ſunt, & nominari poſſunt Chriſtianæ religionis perſecutiones. Similiores autẽ ſunt Turcicę perſecutiones illis captiuitatibus, in quas Aſsyrij & Babylonij veterem Dei populũ abduxerũt, quàm perſequutionibus primę Chriſtianæ eccleſiæ. Nam in populo Iſraelis & Iudæ, quem Aſsyrij & Babylonij afflixerunt, multi fuerunt probi & fideles homines, & prę ter hos etiã multi Baaliticę & Ieroboamicę religionis ſectatores, qui tamen videri & nominari volebant ſerui Dei Iſraelis, & hoſtes ſuperſtitionis Aſsyriorum: ſed hi omnes ſimul abdu &i ſunt. Sic etiam in Sarracenicis & Turcicis bellis, captiuitatibus, & perſecutionibus, mul-

res perſecutiones & Turcicæ.

ti probi viri fuerunt integri in religione, & vera membra ecclesiæ Christi: præter hos autem plurimi semper etiam fuerunt Romanæ ecclesiæ erroribus & superstitionibus capti, qui tamen non nisi Christiani nominari volunt, & Machometanæ fidei hostes ad mortem vsque permansere, atque hi omnes simul passi sunt. Porrò in scripturis, omnes ex veteri populo qui ab Assyrijs & Babylonijs in captiuitatem abducti fuerunt, populus & serui Dei, & Israel atque Iuda nominantur: neque propterea eorum qui erroribus irretiti tenebantur, peccata & transgressiones excusantur: sic etiam à me in his Sarracenorum & Turcarum bellis Christianæ ecclesiæ nomen, sicuti initio libri monuimus, tribuitur omnibus his qui Christiani nuncupantur, & à Turcis persequutionem patiuntur huius nominis causa, propter odium eorum erga Christianam fidem: quamuis interea multum desit nonnullis simplicitatis & puritatis in religione Christiana: neq; propterea Romanæ ecclesiæ errores vllo modo excusantur.

Causa Sarracenicæ et Turcicæ persecutionis.

Impulit autẽ Sarracenos & Turcas ad tantam tyrannidem, bella & persecutiones, primũ ipse diabolus, qui maximè humani sanguinis effusione delectatur; deinde odium veræ fidei Christianæ, & magna longè lateq; dominandi libido: opum cumulandarum cupiditas, & splendidè ac delicatè viuendi: studium itẽ propagan-

pagandi impiam et falsam Machometi religionem, aliæque causæ, quæ postea commemorabuntur.

Atque hæc breuiter de Sarracenicis & Turcicis persequutionibus commemorare volui. Optandum autem esset, omnes eos qui Christiani esse & nominari volunt, solide & certo agnoscere, grauem hanc Turcarum tyrannidem esse veram persequutionem diuinitus nobis impositam, si forte homines ad resipiscentiam adduci possint, vt veram Christi puramque doctrinam seriò amplectantur, & Christianæ vitæ magis quàm hactenus studeant: nisi enim hoc fiat, multò deteriora nobis expectanda sunt.

Victoriæ non efficiunt fidem Machometi ueram.

Cæterum vt in his Sarracenicis & Turcicis persecutionibus ad id veniamus, quod initiò & subinde monuimus: quæro inquam num quis adeò sit exiguo aut peruerso ingenio, qui dicere audeat Machometanam religionem veram, Christianam verò falsam esse, propterea quod Machometani vbique vincunt, Christianos opprimunt, & fidem Christianam contumelijs proscindunt? Quis verò negare potest omnes illas regiones & Ecclesias, quas B. Paulus Apostolus ad Christi fidem conuertit, ab impura & horrenda bestia Machometana euersas esse, impiamque & peruersam Machometi fidem, imò abominationem, illici[illegible]tam esse?

Quis verò tàm est temerarius & nullius religionis, qui propterea quod Deus iusto iudicio Turcis tanta permittit, quæ tamen facile prohibere posset, cum Deo velit contendere, & ab ipso quærere, cur patiatur tantum sanguinis effundi, tot millia Christianorum deleri? cur ferat ineffabiles calamitates miserias & afflictiones piorum, idque iam tot sæculis? & cur non potius impurum & sanguinolentum Turcarum imperium fulmine cœlitus perdat, aut terram dehiscere faciat, & simul omnem hanc abominationem absorbere? Verum procul dubio multæ & magnæ sunt causæ, propter quas Deus qui verus sanctus & iustus est, hæc omnia fert & permittit. Præterea ante per Danielem prophetam prædixit, & Christus ipse in Euangelio vaticinatus est, tantam fore extremam persequutionem ante vltimum iudicium, vt nulla similis vnquam in terra visu aut auditu cognita fuerit. Ad hæc extremum iudicium, ac omnium fidelium redemptio, & glorioſa eorum clarificatio, ac remuneratio benigna, non longe amplius à nobis abest. Domine Iesu Christe, miserere afflictæ Ecclesiæ, atque in hac extrema immani & inaudita persequutione ipsam consolari & iuuare velis.

Dan. 12. Matth. 24. Luc. 21.

*De vltima & 20. persecutione, quam Romani Pontifices ab aliquot*

*quot ſeculis contra Chriſti Eccleſiam commouerunt & exercuerunt.*

## CAPVT XVI.

PErſecutioni Turcicæ coniuncta eſt Papiſtica, quę tãto periculoſior eſt, quo minus expectabatur, & tanto ſæuior quòd ab ijs exercetur, quos maximè omnium pacificos eſſe oportebat, quique in religione integerrimi, & ſanctiſsimi omniũ in Eccleſia haberi volunt: vt quibus data ſit à Chriſto omnis poteſtas in Eccleſia, vt in negotijs fidei ſuo arbitratu agere cuncta poſsint, & ſint caput atque vniuerſales paſtores catholicæ Chriſti Eccleſiæ. Norunt nanque omnes, quos titulos Papa & eius ſpirituales iactant. Sed nos initio huius libri oſtendimus, longe aliam rationem eſſe non tãtum fidei & religionis, ſed Eccleſiæ quoque cui impiè dominari conantur. Admodũ quoque diuerſa ratio eſt veteris Romanæ Eccleſię & primorum eius epiſcoporum, atque hodiernæ Eccleſiæ Romanæ, & Paparum, Cardinalium & Epiſcoporum.

Periculoſa & inexpectata perſecutio.

Veteres Romanæ Eccleſiæ epiſcopi, qui ab anno Chriſti 70. vſque ad annum 314. & Conſtantini magni tempora vixerunt, numero fuere 32. qui omnes in ſuo miniſterio fideles fuere, & docendo alijſque rationibus Eccleſiæ inſeruierunt, atque propter Chriſtum eiuſque

Primi epiſcopi Romæ omnes martyres fuerunt.

Euangelium martyrio affecti & occisi sunt. Nullum penes illos fuit ciuile imperium, nulla Romana curia, nullus purpuratus Cardinalium senatus, nulli prætoriani milites, atq; alia quibus nostræ ætatis pontifices vtuntur. Confirmant hoc historiæ fide dignæ, & non ad gratiam Pontificum conscriptæ. Nomen quoque Papæ non tantum Romano episcopo propriũ fuit tum temporis, sed passim quoque in prouinciis alij episcopi hoc nomine appellati sunt. Nam Aurelius & Cyprianus Carthaginenses, Ambrosius Mediolanensis, atq; alibi alij episcopi Papæ nominati sunt. Ac D. Hieronymus beatum Augustinum Hipponẽsem episcopũ, Papam in suis literis nominat. Significat autem Papæ nomen Syracusia lingua Patrẽ, vti Suidas testatur. Oportet enim ministros Ecclesiæ, vt Paulus testatur, fideles patres populi esse.

Papa.

2. Cor. 4.

Præterea inter omnes Romanos episcopos à Constantino magno & Syluestro Papa, vsq; ad Gregorium primum, qui numero 36. fuerunt, ne vnus quidem intra annos 280. extitit, qui ea pompa, fastu, & maiestate, & potentia vsus fuerit, quam nũc exercent pontifices. Magna quidem eorum fuit auctoritas apud reliquas Ecclesias & episcopos, propterea quod plerique homines docti & periti essent, neque contaminati hæresibus, vt alij nonnulli in cæteris Ecclesijs episcopi, præcipue verò quòd eius

Annis 600 post Christum natũ.

Paparum auctoritas.

eius Ecclesiæ ministri essent, quam Apostoli ab initio plantarunt, quæ propterea Ecclesia apostolica, & sedes apostolica, & D. Petri cathedra nominata est. Attamen titulus & nomen sedis Apostolicæ non tantum Romanæ Ecclesiæ, sed alijs quoque Ecclesijs datus fuit: veluti Hierosolymitanæ & Antiochenæ. Nomen autem sedis non tribunal aut regiũ thronum significat, sed pulpitum concionatoris Ecclesiastici. Ac veteres commemoratas Ecclesias Apostolicas sedes nominarunt propter Apostolicam doctrinam, quoniam in his locis Apostoli docuerunt, & ab Apostolicis Ecclesijs doctrina Apostolorum in alias proximas atque etiam remotas Ecclesias propagata est. Quare illa loca in quibus non est Apostolica doctrina, non possunt gloriari de Apostolica sede, etiam si ante multa secula illic fuerit. Nam etiam quædam sedes est diaboli, vt Ioannes Apoca. 2. docet.

*Apostolica sedes.*

*Tertullianus de præscrip. hæret.*

Quin etiam tempore Gregorij primi Papæ, intra annos 600. à Christo nato, tantum abfuit Romana Ecclesia ab ea dominatione quã nunc habet, vt etiam Gregorius se vehementer opposuerit Ioanni Constantinopolitano episcopo, qui primum locum & dominatum in Ecclesia ambiebat, ac vniuersalis episcopus nominari volebat. Quo tamen titulo & maioribus hodie Romani pontifices vtuntur: sed Gregorius dicebat hanc diabolicam superbiã,

*Gregorius 1. opposuit se Ioanni Constant. dominatũ affectanti.*

& Antichristi malitiam esse. Legat cui lubet hac de re Gregorij quartum & 6. librum Epistolarum.

Vnde Romana Ecclesia potẽtiam accepit.

Cæterum non longe post mortem Gregorij, titulum hunc sibi vsurpauit Bonifacius 3. dante eum Phoca Imperatore, homine improbo & malo. Refert enim Ottho Frisingensis Episcopus, Chronicorum scriptor, lib. 5. cap. 8. Bonifacium 3. Papam à Phoca Imperatore impetrasse, vt eius authoritate, potestate, & iussu, Romana Ecclesia appellaretur & esset omnium aliarum Ecclesiarum caput. Idem scribit Beda. Vrspurgensis ait, Romam debere esse matrem omnium aliarum Ecclesiarum. Nauclerus scribit, Omnes alias Ecclesias per orbẽ terrarum, debere Romanæ Ecclesiæ eiusque episcopo obedire. Ex his autem facile animaduerti potest, decretũ hoc Phocæ Cæsaris, quẽ omnes historici grauissime vituperant, non esse decretum aut institutum Apostolicum à Petro aut Paulo factum.

Quomodo Romani episcopi se extulerint.

Sede Romana in hunc modũ exaltata, Pontifices qui deinceps secuti sunt, magis magisq; sese ciuilibus negotijs immiscuerunt implicaruntque, neque tantum imperium & potentiam affectarunt, sed excogitarunt quonam modo se Imperatorum potestati subducerent, ac se supra illos extollerent, eorũ prouincias, populos, maiestatemque sibi vendicarent & subijcerent. Interea humilitatis suique offi-

cij

cij prorſus obliti ſunt, & longius ſubinde ab his receſſerunt, & primis Romanis epiſcopis prorſus diſſimiles facti ſunt. Tandem res eò deuenit vt audacter ſe Imperatoribus opponere, & contra eos inſurgere auderent, ſic nanq; Gregorius 2. & Gregorius 3. Papæ, ſe oppoſuerunt Leoni 3. & Conſtantino 5. Imperatoribus. Nam hi concilijs indictis, ad quæ magno numero cõuenere viri docti & epiſcopi Aſiæ, Græciæ, aliarumque regionum, controuerſiã de imaginibus diſceptarunt: An ſcilicet Chriſti & ſanctorum imagines in templis Chriſtianorum habere & venerari liceat. Ac tum exſacris ſcripturis & orthodoxorum Patrum doctrina concluſum eſt, imagines non eſſe venerandas, neque ferendas in templis, ſed vbicunque haberentur tollendas eſſe. Poſtquam verò Imperatores Pontificibus atq; alijs Romano imperio ſubiectis mãdarunt, vt omnes iuxta verbi Dei ſententiam in hoc concilio propoſitam, imagines è templis tollant, tanta fuit Pontificum audacia, vt neque vocati in concilium comparuerint, & poſtea propria auctoritate, contra Cæſarum edicta, concilia peculia ria Italicorum epiſcoporum coegerint, in quibus ſtatuerunt imagines in templis retinendas, & magis quam ante venerandas eſſe. Neq; tantum hac audacia vſi ſunt, verum etiam imperio Cæſarum ſubiectos ab eorum obedientia abduxere, ipſis Cæſaribus immerito excõ-

Papæ contra Imperatores inſurrexerunt.

Anno domini 739.

municatis, tumultus quoque & maximas seditiones excitarunt, in quibus Cæsarum Exarchi seu Vicarij per Italiam cæsi sunt, vt Paulus Rauennæ, Mauritius cum Adriano filio in Campania. Atque hoc modo debita officia omnisque obedientia Cæsaribus denegata est, & imperio Italiæ priuati sunt. Quo iure autē pontifices hæc suis artibus effecerint, quiuis communi sensu præditus, & aliquam iustitiæ notitiam habens, facile intelligit. Facta autem sunt hæc intra annos 30. ab anno domini 724. aut circiter, vsque ad annum 754.

Constantinopolitani Imp. à Papis Italia pulti.

Anno 750. secularibus negotijs & ciuili gubernationi se immiscuit Zacharias papa primus huius nominis, ac iuuit Regem Francorum ab imperio deponere, aliumque illi substituere. Illius enim ope & consilio Hildericus Francorum rex, ex veteri stirpe Merouingorum, regno priuatus est, & in eius locum substitutus Pipinus ex Carolina familia.

Zacharias consulit ut Frāciæ rex deponatur & alius fiat.

Breui post hoc Papæ beneficium Pipinus Francorum exercitum in Italiam duxit, contra Aestulphum Longobardorum regem, atque magna parte regionis bello capta, illam Stephano 2. Papæ dono dedit, atq; tum demū D. Petrus patrimonium nactus est, qui ante per 700. annos nullum habuerat. Quamuis autem Constantinus Imperator missis legatis peteret à Pipino ne prouincias Romani imperij alienaret, nihilominus tamē Stepha-

Papæ domini fiunt.

nus

nus Pppa prouincias & populos & imperiũ ciuile libens recepit. Quod certe D. Petrus nũ quam feciſſet, quippe qui etiam procurationem pauperum reiecit. Act. 6.

Pontificum horum facta nequaquam Apoſtolica ſequentes Pontifices imitati ſunt. Nam Hadrianus Papa, ſimiliter illa omnia libens recepit, quæ illi dono dedit Carolus magnus Francorum rex victis & profligatis Longobardis, & rege ipſorum Deſiderio capto. Maiora auſus eſt Leo 3. ille enim in imperium vniuerſum, quod tum penes Conſtantinopolitanos imperatores erat auctoritatem ſibi ſumpſit, & Carolum abſque legitimorum imperatorum notitia & conſenſu Romanum imperatorem fecit & coronauit, cum iam 330. vt Palmerius ſupputat, Occidens proprio imperatore caruiſſet.

Carolus cõfirmat & auget Paparum potentiam.

Carolus à Papa fit Imperator.

Anno Chriſti 860. præfuit Romanæ ſedi homo ambitioſiſsimus Nicolaus 1. qui multa non ad Eccleſiæ gubernationem ſed ad Papalem tyrannidem confirmandam inſtituit. Primum vt ne quis principum, ne ipſe quidem imperator, interſit concilijs Eccleſiaſticorum. Deinde ne qui Laici iudicent Eccleſiaſticos aut clericos. Præterea Papæ decreta & ſententias à nomine iudicari debere: imò Papam nulli ciuili poteſtati ſubiectum eſſe, quandoquidẽ Deus ſit. Legito Antoninũ Tit. 16. ¶ 9. & in Decretis Diſtinct. 96. & 28.

Papæ ſubducunt ſe imperio magiſtratuum.

Cæsares iurant Papæ.

Postea 962. eò iam potentiæ peruenerunt pontifices Romani, vt oportuerit Othonem 1. Imperatorem, cum Romam venisset, iusiurandũ dare Ioanni 12. Papę se defensurum patrimonium Petri, &c. Legatur Distinct. 63. Tibi Domino Ioanni.

Quomodo aucta fuerit Paparũ potentia.

Cæterum anno millesimo post Christum natum in apertum erupit Paparum tyrannis contra Cæsares, eorum enim iugo prorsus abiecto, libere pro arbitrio imperare cœperunt, nihili curantes vllum magistratum, imò principes, reges & Imperatores sibi subiecerunt & seruire coegerũt, aut alioqui dolo & fraude in suam sententiam pertraxere. Quantos quæso & quam horrendos motus Gregorius 7. Papa contra Henricum 4. excitauit? Etenim hunc non tantũ excommunicauit & contumeliosissime tractauit, verum etiam populos imperio eius subiectos, ac principes & nobiles, solutos primum iuramento, ad seditionem contra illum excitauit, ac infinitum sanguinem effudit. Si cui libet, crudelissimam & inauditam historiam in Ioannis Auentini Annalibus legat, & apud alios historicos.

Vrbanus 2.

Vrbanus verò 2. Papa, qui Gregorio successit in sede Romana, verus omnino & genuinus eius discipulus, in Claromontano concilio belli cruentissimi auctor fuit, quod Christiani contra Sarracenos gesserunt, de quo supra scripsimus. Præterea aduersus Henricum

4. Im-

4. Imperatorem, ad rebellionem concitauit Conradum ipsius filium Italiæ principem: quod omnino naturæ contrarium est.

Similiter Paschalis 2. Henricum quintum, filium aduersus patrem Henricum 4. concitauit, atque ipsum ter anathemate ferijt, atque effecit vt episcopi Moguntinus, Colonienſis, & Vuormatienſis, optimum senem Imperatorē in Palatio Ingelheimenſi vi imperialibus ornamentis exuerent, & illis filium Henricū 5. ornarent. Legat lugubrem hanc historiam, si quem hoc iuuat, in Saxonia Alberti Crantij lib. 5. cap. 20.

Paschalis 2.

Papa coronam Imperij aufert & dat.

Idem Paschalis molestus quoque fuit Henrico 5. Imperatori, & vt multum sanguinis effunderetur in causa fuit, tantum propter collationem aut inuestituram beneficiorum (vt vocant) Ecclesiasticorum, quam hactenus Cæsar habuerat, Papa autem vi illi eripere conabatur. Quod vero hic efficere non potuerat, id postea tentauit Calixtus 2. neq; ante quieuit, donec hoc ius collationis ab Imperatore obtineret. Qua de re diligenter scripsit Abbas Vrspergenſis. Facta hæc sunt anno domini 1122.

Neque tamen hoc contenti fuere Papæ Romani, sed posteriores ex ipsis, anteceſſorū suorum improbitatem in persequendis Cæsarib. imitati sunt. Nam illis subinde magis molesti fuere, neque vllus modus & finis fuit anathematum, seditionum, bellorum, & perpetua

Papæ Cæsares oppri munt.

rum fraudum & insidiarum, donec tandem de fatigatos Cæsares oppressérunt, & sedē suam
2. Thes. 2. supra illos extulerunt, & seipsos in summam potestatem supra omnes collocarunt. Qui harum rerum solidam & certam notitiam desiderat, legat historiam Friderici Barbarossæ, & ea quæ aduersus ipsum gessere Adrianus 4. & Alexander 3. Pontifices, quorum hic petulantissime collum Cæsaris pede pressit. Item quę Cælestinus 4. contra Henricum 5. machinatus est. Videat etiam qua arrogantia, fastu
1199. & temeritate erga Philippum Cæsarem vsus sit Innocentius 3. homo fastuosus & audax. Præcipue verò inspiciantur ea quæ Honorius 3. Gregorius 9. & Innocentius 4. Papæ,
1227. improbe & fraudulenter egerunt contra Fri-
1243. dericum 2. præstantissimum & optimum ac singularibus donis ornatum Imperatorem, quem contumelioſissimè exagitarunt & affli-
1251. xerunt, & similiter filium ipsius Conradum 4. Cæsarem.

Quamdiu hæc persecutio dura rit.

Durarunt autem istæ contentiones, persecutiones, & crudelissima atque perpetua bella inter Papas & Cæsares, annis 181. initio facto à temporibus Gregorij 7. vsque ad Pontificatū Alexandri 4. & annum Christi 1256. In illa enim tempora reponunt historici & Chronographi Interregnum, quod annis 17. aut 18. du-
Anno 1273 rauit, vsque ad electionem Rodolphi Habspurgij Cæsaris. Etsi enim interea aliqui prin-

cipes

cipes electi fuerũt, vt Alfonſus & Richardus, quorum hic curam & gubernationem imperij ſuſcepit, omnes tamen principes, aſsiduis moleſtijs & fraudibus, quibus hactenus Papæ Cæſares exagitarant, ita territi fuerunt, vt nemo libens imperium ſuſciperet, præſertim cũ omnes palam cernerent, nullam quietem aut vtilitatem, ſed duntaxat moleſtias & damna hinc expectanda eſſe. Quamuis enim Germani haberent titulum Romani imperij, Roma tamen caput imperij non erat ipſorum ſed Papæ. Quòd ſi forte ingenti ſumptu, moleſtia, & labore, exercitu in Italiam ducto Romam vi occupaſſent, mox tamen ipſis in Germaniam redeuntibus, Papæ denuo eandem occupabant & poſsidebant.

Romanus rex abſque Roma.

Præterea Romanorum Rex aut Imperator non magnos reditus ex Imperio Romano habet, ita vt abſque proprijs facultatibus & ditionibus vix dignitatem ſuam ſuſtinere queat. Iam verò eorum qui imperium ſuſcipiebant, patrimonium Papæ bello appetebant & infeſtabant. Itaque opulentiores principes non facile ſe adduci patiebantur vt imperium ſuſciperent. Quin etiam Rodolphus comes Habſpurgius, cum electionem ratam habuiſſet, nũquam tamen adduci potuit vt Romam ad coronam imperij ſuſcipiendam proficiſceretur, reſpondebat enim ſe terreri multorum veſtigijs qui Romam profecti eſſent, quorum pau

Vide Theodoric. Nyẽ de ſchiſ. lib. 3. cap. 43. Sleidanum de Monarchijs pag. 120. 171. & 172.

ci redijſſent. Imo vt ſe à Cerbero iſto liberaret, Romandiolã quæ hactenus imperij fuerat, illi in os iniecit.

Artes Paparum in opprimendis Cæſaribus.

Varijs autem & miris artibus vſi ſunt Romani pontifices, vt Regibus & Imperatorib. poteſtatem eriperẽt, & ſe ſupra Reges & principes extollerent, imò eos pedibus ſuis ſubijcerent. Potentia eorum præcipua in excommunicatione ſita fuit. Excommunicato enim aliquo principe, ſubditos ab eius obedientia auocabant, & vt tumultuarentur & deficerent incitabant: quin & contra dominos ſuos concitabant, turpiter eos ab obedientia & iureiurãdo dato abſoluentes, hoc titulo, excommunicatis nullam obedientiam aut honorem deberi, nullum iuſiurandam illis ſeruandum eſſe.

Excommunicatio.

Legati Põtificij.

Deinde paſsim in omnes prouincias mittebãt homines vafros legatos cum Bullis ſeu literis, & Apoſtolica vt vocant poteſtate, per hos varias conſpirationes inſtituebant, partim quidem cum epiſcopis prouinciarum, quos admonebant obedientiæ debitæ Romanæ ſedi, partim cum principibus imperij, & omnibus alijs penes quos aliqua poteſtas rerum erat. Parte aliqua horum in ſuam factionem pertracta, & diſſenſione in populo excitata, proximum erat vt alius Imperator eligeretur: atque ita committebantur inter ſe qui veterem Imperatorem ſequebantur, & qui nouo adhærebant. Hinc autem multæ horrendæ miſeriæ

exorie-

exoriebantur, bella ciuilia, ſeditiones, cædes, incēdia, omnesque calamitates: quibus optimi Cæſares quandoq; defatigati, nonnunquā etiam vi ſuperati, cedere & hæc ferre cogebantur, interea Papæ quotidie audaciores capita erigebant. Omnia hæc quaſi in ſpeculo quodā cerni poſſunt in hiſtorijs Imperatorum Henrici 4. & Henrici 5. Friderici 1. & Friderici 2. atque aliorum quos ſupra commemorauimus. Atque ita tandem vicerunt Papæ & fortes fuerunt, vt Daniel ſcribit, nō tamen proprijs viribus. Bella & ſeditiones.

Præterea Concilijs quoque vſi ſunt ad confirmandum & conſeruandum regnum ſuum. Concilia enim eo tempore ſuæ poteſtatis effecerant, & ad illa conuocabant ſuæ factionis homines, qui nulla in re Papæ contradicerēt. Quoniam verò antiquitus Concilia in magna auctoritate fuerunt, plurimi fiebāt ab omnib. quæ ſanctiſsimus Pater (ſiuti putabatur) & illius ſectatores in Concilijs ſtatuiſſent. Atque ſic Conciliorum titulo Papæ res ſuas potenter conficiebant. Concilia.

Alia deinde noua & hactenus inaudita ars excogitata fuit in Claromontano concilio ſub Vrbano 2. Papa, quam nouo nomine Cruciatam nuncuparunt. Prædicabant crucē, ſed longe aliter quàm Apoſtoli. Hi enim prædicabant crucem domini noſtri Ieſu Chriſti, nēpe Chriſti cruce & paſsione nos expiatos eſſe Cruciata.

à peccatis, ac fide æternam felicitatẽ adipiſci. Sed Papæ Cruciata claſsicum quoddam erat. Concionatores enim Cruciatæ huius Chriſtianos hortabantur vt ſe cruce ſignarent (ſicut in bello milites faſcias albas aut rubras ſigni loco geſtant) & in Orientem contra Sarracenos proficiſcerentur, vt ſupra deſcripſimus. Prædicabant etiam cruce ſignatos militia hac indulgentias adipiſci, hoc eſt remiſsionẽ peccatorum, ac ſi in bello occumberent, æternæ felicitatis participes fore.

Poſtea verò non tantum cõtra Sarracenos crucem prædicarunt Papæ emiſsarij, ſed etiam contra homines Chriſtianos, contra ipſos Cæſares, quos Papa hæreticos eſſe proclamabat, & in vniuerſum contra omnes qui nollent Papam adorare, & omnibus eius mandatis obtemperare. Atque hac ratione Papę maximos & inſtructiſsimos exercitus colleg:runt, abſq; vllo ferè ſumptu, & res ſuas vi obtinuere.

Ordines mendicantium Papæ auxilia.

Inſeruierunt autem illis in hac re plurimũ quatuor ordines monachorum mendicantiũ, exorti primum Innocentio 3. & Honorio 3. Papis, quibus Chriſtiana Eccleſia annis mille ducentis caruerat, idque maiori tranquillitate & fructu, quàm qui eorum exortum & approbationem conſecutus eſt. Præcipuam tamen operam in Cruciata annuntianda Dominicani nauarunt, qui ab huius Cruciatæ ſeu potius claſsici prædicatione, cognomen Prædica

Prædicatores.

dicatorum accepere. Pontifices autem hos propterea quòd in ipſorũ ſeruitio ſeduli fuiſſent, ornarunt priuilegijs & honoribus, & præ cæteris dilexerunt. Atque de eorum opera Pontifici nauata multa ſcribi poſſent.

Papa ſe Cęſarẽ iactat.

Tandem eò peruenere res Chriſtianorum, poſt tempora Rodolphi & Adolphi regum, ſub Alberto 1. anno Chriſti 1300. vt Papa ſe Cæſarem eſſe iactaret. Nam eo tempore Bonifacius 8. annum Iubilęum, ab Apoſtolis abrogatum Acto. 15. rurſus inſtituit, omnibus qui Romam veniant remiſſionẽ peccatorum promittens: atque hoc ipſo Iubilæo primo die veſtibus & ornatu pontificio amictus cunctis ſe vti Papam conſpiciendum præbuit, & populo benedixit: altero die in imperiali habitu in publicum prodijt, & apertè oſtendit imperiũ & papatum, omnemque ciuilem & eccleſiaſticam poteſtatem in manibus Papæ poſitã eſſe. Scribuntur autem hæc ab Alberto Crantzio, Saxoniæ ſuæ lib. 8. cap. 26. Edidit etiam idem Papa Decretales, quæ Bonifacij 8. nominantur, in quibus multò impudentius omnem poteſtatem Papis vendicat.

Ioãnes 22. contra Ludouicũ 4. Imp.

Poteſtatem hanc ſeu potius tyrannidem & infinitam arrogantiam, non longè poſt Bonifacium Ioannes 22. erga Ludouicum exercuit & declarauit. Nam hunc ſummis contumelijs affecit, excõmunicauit, et in grauia bella conie cit, effecitque vt ineffabilis copia humani ſan-

guinis per Germaniam effunderetur. Deſcribuntur hæc diligenter & copioſè à Ioãne Auẽtino, lib. 7. Annalium Boiorum: quod ideò moneo, vt qui deſiderant exactam cognitionẽ harum rerum, ſciant vnde petenda ſit.

Tigurum à Papa excõmunicatũ.

Porrô temporibus Ludouici 4. ſicut etiã ante ſub Friderico 2. vrbs Tigurina quòd Cæſarum partes contra Papam ſequeretur, & illis fidem ſeruaret, multis annis excommunicationi ſubiecta fuit, idque non abſque graui damno Reipub. quamuis etiam viciſsim priuilegijs & honoribus aucti ſint. Eodemque tempore prima initia nobiliſsimi fœderis Heluetici, Dei beneficio feliciter iacta ſunt, Ludouico Imperatore prolixè admodum annuente et fauente Heluetijs, quibus Deus optimus maximus benedicat, eosque clementer conſeruet & tueatur, &c.

Papiſticæ perſecutiones.

Quæras fortè num Pontificum & Cæſarũ res geſtæ, & incrementa Pontificiæ poteſtatis, pertineant ad perſecutiones aduerſus Eccleſiã, de quibus nos ſcripturos eſſe propoſuimus? Omnino, & quidem propriè huc pertinent. Nam quia primi Epiſcopi Romani neminem perſecuti ſunt, ſed ipſi perſecutionẽ paſsi ſunt, ac martyres fuerunt, & qui hos proximè ſecuti ſunt, plerique fideles doctores fuerunt, ſubiecti Imperatoribus & ciuili magiſtratui, & nullis prouincijs & populis dominati ſunt, ideóq; nulli ex his principes fuere, poſteriores autem

Papæ

Papæ poſtremis temporibus grauiſsimas perſecutiones in orbe Chriſtiano excitarint, neceſſe eſt ſcire quibus rationibus & modis, quomodo, cur et quando, Romanorum epiſcoporum ſtatus adeò turpiter deformatus et mutatus ſit, vt poſtremi pontifices adeò diuerſi à primis, Regum & Imperatorum Domini & perſecutores facti ſint. Iam verò multa & atrociſsima bella, quæ Pontifices in tantam poteſtatem euecti inter Chriſtianos excitarunt, in quibus tam multum ſanguinis Chriſtiani effuſum eſt, an nõ iure inter perſecutiones Chriſtianorum numerari poſſunt? Nam vti foris grauiſsima bella conflarunt Chriſtianis aduerſus Sarracenos & Turcas, vt ſupra oſtendimus, ita domi quoq; Chriſtianis perſecutionum, turbarum & perditionis auctores fuerunt. An non hoc meretur nomen perſecutionis, quando Chriſtiani Imperatores cum his qui obedienter imperio parent, à Pontificibus vexantur & ſanguine ſuo abluuntur, & ferro bellicisque tormentis fricantur, quæ, vt ſupra ex hiſtorijs oſtendimus, multis annis cum infinita profuſione ſanguinis crudeliter & inhumaniter facta ſunt? Atque in tantis calamitatibus miſeri Reges & Imperatores perpetuò paſsi & afflicti tãdem ſuccubuere cum ſuis, Papæ autem victores triumpharunt, & omnia illis ex ſententia ſucceſſerunt, atque ita ſuam potentiam confirmarunt, vt à nemine ſibi deinceps metuendũ

esset, sed absque omni metu pro libidine imperare possent. Reuera autem hæc non dissimilia sunt Danielis vaticinio, qui ita scriptum reliquit: Quum creuerint præuaricatores, consurget rex impudens facie, & intelligens ænigmata. Et roborabitur fortitudo eius, sed non in fortitudine ipsius, & mirabiliter vastabit, et prosperè illi succedet, & faciet, & vastabit robustos, & populum sanctorum. Et per intellectum suum prosperabit dolum in manu sua, et in corde suo magnificabit se: & in pace vastabit multos. Quinetiam contra principem principum consurget, & absque fortitudine aut sine manu conteretur. Dan. 8.

Bella pro regno Sicilo & Neapolitano.

Quòd si hic explicandum esset quàm ineffabilis copia sanguinis humani Paparum instinctu effusa sit in Sicilia, Neapoli, Apulia, nimium longa commemoratio foret. Nam ab Innocentio 4. ad Clementem vsq; septimum, annis 284. modò Germani, postea Galli, rursus contra Gallos Hispani, & cõtra hos denuò Germani, & rursus Galli & Hungari, ad hæc regna à Pontificibus euocati sunt, & hi populi inter se commissi & bello implicati. Quæ omnia ab historicis diligenter explicata habẽtur.

Papæ magistri fidei & ecclesiæ.

Præterea ex Paparum immoderata & iniqua potestate seu potius tyrãnide, non minus atroces persecutiones & cædes alijs quoq; rationibus exortæ sunt. Postquam enim, vt supra ostendimus, omnem ecclesiasticam & ciui

lem

lem & conciliorum quoq; poteſtatem potenter adepti ſunt, potuere deinde inſtituta Eccleſiæ, doctrinam de fide & religione, ritus & conſuetudines in eccleſijs pro ſuo arbitrio inſtituere & ordinare. Atque hinc perſecutiones ortæ ſunt. Quicunque enim ſe oppoſuere hiſce Papiſticis inſtitutis, hos clamarunt hæreticos eſſe, & hoc titulo eos perſecuti ſunt. Atq; hanc (præter bella Paparum) propriè nomino Papiſticam perſecutionem aduerſus Chriſtianos & Eccleſiam Chriſtianam, quæ etiam contra pios & fideles ſolius fidei cauſa, ſicut olim in prima Eccleſia, excitata eſt. Quare ſicut initio primi fideles à Romanis Imperatorib. ita ſub finem mundi poſtremi temporis fideles à Romanis Pontificibus perſecutionem patiuntur. Sed breui poſtea Dominus veniet ad iudicandum viuos & mortuos.

Vltima perſecutio limi lis primę.

Cæterùm vt res ipſa exactius intelligatur, negari non poteſt multos errores et abuſus nō nunc primum ſed dudum in Eccleſiam irrepſiſſe & receptos eſſe, ita vt diuturnitate temporis in conſuetudinem venerint. Verùm & illi ipſi & plures alij progreſſu temporis confirmati ſunt, & præcipuè Paparum opera hominibus obtruſi, ac miris artibus, & præſertim gladio propagati & conſeruati, ita vt multi de præhenſo errore, tamen palàm contradicere non auderent: nouerant enim ſe id non poſſe abſque ſui ſanguinis periculo facere. Præcipuè

Errores & abuſus in eccleſiam irrepſerunt

tamẽ posterioribus temporibus quæ iam commemcrabo, hic mos inualuit.

Origo iuris Canonici. Gratianus.

Temporibus Lotharij & Conradi 3. Imperatorum, aut vt alij dicũt Friderici, circa annum Christi 1130. Gratianus Bononiensis Benedictinæ familiæ monachus, collegit sententias Conciliorum, Patrũ, Pontificum, de varijs negotijs religionis & Ecclesiæ, & opus hoc in publicum edidit, quod Decretum vulgò nominatur. Post Gratianum quidam Pontifices Gregorius 9. Bonifacius 8. Clemens 5. Ioannes 22. imitati Gratiani exemplũ, collegerũt & monachorũ atq; doctorũ quorundã opera consarcinarunt Pontificũ sententias & iudicia de varijs ritibus et institutis atq; negotijs ecclesiarũ, & ordinum ecclesiasticorum. Hæ Decretales nominãtur, & Extrauagantes, & Decreto Gratiani additæ sunt, atque omnia simul corpus iuris canonici conficiunt. Corpus hoc iuris cœptum est doceri in scholis, idem omnes in iudicijs ecclesiasticis et Ecclesiæ administratione

Scholæ in potestate Papæ.

secuti sunt. Atque hac ratione scholæ seu Academiæ, quæ etiam Legum & Canonum scholæ nominantur, in potestatem Papæ peruenêre, atque discipulos, magistros & doctores, se Papę obedientes fore iureiurando polliceri oportuit, & quòd nihil vnquam contra Papam & sedem Romanam, contra illi obedientes, contra leges & instituta eius facturi sint. Imò

Omnes ordines.

eò res deuenit, vt Cæsares ipsos, sicut & omnes Epi-

Episcopos, iureiurando se Papæ obstringere oportuerit. Forma iuramenti extat in Decretis & Decretalibus. Atq; hac ratione Papa omnes ordines ecclesię sibi obstrinxit & subiecit. dines Papę iuramento obstricti.

His accesit quòd eodẽ cum Gratiano tempore, aut non longè postea iuxta aliorum supputationem, circa annum Christi 1172. Petrus Lombardus quem Magistrum sententiarum nominant, 4. libros de Christiana fide & doctrina conscripsit, & edidit. Hi mox in scholas sicut & corpus iuris recepti sunt: itaque sicut Gratianus Canonistarũ & Doctorũ iuris Põtificij auctor est, ita Lombardus præcipuus auctor est Scholasticæ Theologiæ. Doctores enim illorum temporum, & præcipuè monachi mendicantes, Lombardi sententias in scholis legerunt, et in easdem scripsere, vt Albertus, Thomas, Bonauentura, Scotus, & multi alij. Atque iuxta has sententias doctrinam de fide omniaque Ecclesiæ negotia instituerunt. Actum Christiana doctrina mirabiliter dilaniata ac scissa est in plurimas quæstiones, de quibus in scholis atque etiam in sacris concionibus disputatum fuit, imò rixati sunt, ita vt doctrina Christiana prorsus dissimilis facta sit veteri Apostolicæ integritati & simplicitati. Cuncta autem sedi Romanę & Pontifici subiecta & ad eum relata sunt, huic enim omnes Canonistæ & Theologi iuramento deuincti erant. Atque hæc est coniuratio ecclesiasticorum, quam ip- Petrus Lõbardus. Origo scholasticę theologiæ. Consensio Ecclesiæ.

si consensum totius ecclesiæ in fide & doctrina nominant & iactitant. Reuera tamen nihil aliud est quam illa coniuratio, quam breuiter hic exposuimus.

Vera origo Papisticæ persecutionis.

Ex hoc igitur fonte & vera scaturigine profluxit grauis illa Papistica persecutio aduersus ecclesiam Christianam. Quicunque enim Papæ monarchiam, & Cleri coniurationẽ, quam ipsi consensum ecclesiæ vocant improbarunt, neque per omnia secundum Canonistarum & Theologistarũ placita locuti sunt, in hos turmatim inuolarunt, & auxilio Papæ & secularis brachij eos hæreticos esse vbiq; proclamarunt, persecuti sunt & oppresserunt. Atque de hoc in Decretalibus extat Decretum Lucij 3. Papæ, cuius hæc summa est. Quicunq; de Sacramentis aliter sentiunt quàm Romana ecclesia sentit, & omnes quos Papa damnauerit, pro hæreticis & excommunicatis habeantur. Additur etiã explicatio quomodo ciuilis magistratus contra hos procedere debeat, & si id non faciat, quomodo contra inobedientẽ magistratum procedendum sit, lib 3. Titulo 7. de hæreticis cap. Ad abolendum.

Cõcilia seruant cõlensum.

Omnibus his accesserunt Concilia, quæ, vt supra monuimus, Papa in suam potestatem redegit, per hæc enim suum consensum conseruarunt, & omnes qui se huic opposuerunt, oppresserunt, fugarunt & extirparunt. Quæcunque enim in concilijs decreta fuissent, ea exe-

qui

qui oportebat, & in opus atque ad finem perducere: & ad hoc obstricti fuere omnes magistratus, & quicunq; arma ferre possent.

Anno Christi 1215. Innocentius 3. Romæ in Laterano frequens Concilium habuit: formulam verò indictionis Vrspergensis abbas Chronicis suis inseruit, quæ multa admodum compræhendit, quorũ hæc sunt præcipua capita. Primum de bello inferendo Sarracenis, et Hierosolymis atq; sancto sepulchro recuperãdo. Alterum de extirpandis hæresibus. Tertiũ de morũ emendatione & ecclesiæ reformatione. Eadẽ capita in omnibus ferè Concilijs proposita fuere, quæ ab eo tempore ad nostra vsq; celebrata sunt. Omnia enim agunt de tribus capitibus. De reprimenda vi Turcarum, de extirpandis hæresibus, de reformanda ecclesia. Summa capita conciliorum Papisticorum.

Cum autem ab annis trecentis & vltrà multa concilia celebrata sint, in nullo tamen quicquam vitiosum ita emendarunt, vt reformationis nomen mereatur. Errores nanque & superstitiones cũ varijs abusibus non sunt sublati sed magis aucti: multò minus quicquam in capite (vt ipsi loquuntur) aut membris ecclesiæ reformarunt. Cum tamen iam aliquot seculis vniuersus mundus accusarit abusus et corruptissimum statum ecclesiastici ordinis, aliaque vitia Ecclesiæ, quæ meritò tollenda & emendanda erant: Attamen nihil horum vel minimo digito attigêre, ideóq; subinde maior est Postrema Cõcilia nihil reformarunt.

ἀναξία, longiusq; à Christiana disciplina recedi tur. Quin omnes qui iustam reformationem vrgent, & ἀναξίας atque abusus reprehendunt, & præsertim iniquam Papæ potentiam, ac turpē & libidinosam cleri vitam, quæ omnes reprehensione digna esse confiteri coguntur, hi nihilominus vt schismatici & hæretici damnantur, & persecutionem patiuntur.

Qui nō sint hæretici Papæ.

Etenim illis hæretici sunt, quicunq; Romanæ sedi & Papæ se non in omnibus subijciunt, & omnia credunt, quæ illa sedes credit & credenda iuxta dictam conspirationem præcipit: atq; ita describit hæreticos Lucius Papa in suo decretali, cuius supra mentionē fecimus, cap. Ad abolendam. Quare nō illis satis est, si quis vir pius confiteatur omnes articulos veteris veræ, indubitatę & Apostolicę fidei, dicens: se credere in vnum Deum, Patrem, &c probet item & confiteatur symbola quatuor veterum Conciliorum & beati Athanasij, atque omnia illa quæ ex sacris scripturis vtriusque fœderis docentur & confirmantur: præterea etiam damnet hæreses in veteribus concilijs conuictas & damnatas. Antiquitus quidem Christianis hominibus in veteri Ecclesia huiusmodi confessio abundè suffeciſſet, verum apud istos homines cuncta hæc nihili valent, neque sufficiunt ad confessionē fidei, sed oportet confiteri Romanam ecclesiam qualis nunc est sub suo Papa, & huius cōsensum sequi, alioquin honore,

Simplex et sufficiens confessio fidei.

fortunis omnibus, corpore & vita priuaberis.

Ac propterea Conciliorum tempore, ante & poſt illa, multa bella, cædes, vaſtationesque fuere, neque hæc geſta ſunt tantum cõtra Saracenos aut homines infideles, ſed multo magis contra homines Chriſtianos, qui Chriſtiani non Papiſtæ nominari & eſſe voluerũt, & Papæ faſtum atque tyrannidẽ, & magnos atque manifeſtos abuſus & deprauationes ſacrarũ rerũ improbarunt, & deplorarunt. Propterea quod apud veteres in prouerbiũ abijt, Omne Concilium parit bellum, id de Papiſticis concilijs intelligendum eſt, & verum eſſe re ipſa plerunque comprobatum eſt. Cõcilia pariunt bella & perſecutiones.

Nam vt pręteream hoc loco bella & atrociſſimas perſecutiones fidelium hominum, ſed aduerſariorum Romanæ ſedis, quæ ſub imperio Innocentij 3. & proximorum aliquot Pontificum geſta ſunt, ea ſolum expendamus quę non multum ab hominum memoria remota ſunt. Conſtantienſe concilium quanta quæſo bella, perſecutiones, incendia, vaſtationes, & cædes attulit Bohemiæ & Germaniæ? Qui hæc ignorat diſcat ſaltem ex Pio 2. Papa, qui quum adhuc Aeneas Syluius nominaretur, diligenter admodum hæc deſcripſit in hiſtoria Bohemica. Turbæ verò, ſeditiones, & cædes quas Baſilienſe concilium peperit, aliqua ex parte à Platina commemorantur in vita Eugenij 4. Sed nos præter iſta recentius & cer- Cõſtantienſe Cõcilium. Baſilienſe Cõcilium.

tius exemplum habemus Tridentini concilij,
1537. quod primum Mantuæ & post Vincentiæ in dictum, demum à Paulo 3. anno 1542. Tridentum ad Athesim conuocatum, prorsus ea forma quam supra exposuimus, finitum verò & conclusum est à Pio 4. Papa, anno 1563.

Tridentinum Concilium.

Porrò quæ annis aliquot ante hoc concilium, & deinceps contra homines fideles & pios, qui soli Euangelio, non Pontificijs traditionibus & sedi Romanæ crediderunt, gesta sunt à Pontificibus Romanis Leone 10. Clemente 7. Paulo 3. & 4. Iulio 3. Pio 4. & 5. & ab hoc præsenti Papa Gregorio 13. spatio 53. annorũ, non est quod recenseam. Nam hæc Deo & vniuerso orbi nota sunt, et quasi cœlo ipsi inscripta, quo innocentum sanguis è terra vnà cum Abeli sanguine ad Deum clamat. Multa quidẽ grauia, diuturna & cruenta bella varias ob causas his annis gesta sunt, sed eodem tempore fidei & religionis causa non minus graues & atroces persecutiones contra fideles homines factæ sunt. Atque pij & fideles homines contumelijs & iniurijs affecti sunt, capti, domo eiecti, in exilium pulsi, bonis spoliati, capite truncati, in patibulum acti, concremati, & omnibus tormentorum & pœnarum generibus excruciati sunt. Atque hoc modo oppressa, excruciata & cæsa sunt aliquot centena millia fidelium & Euangelicorum hominum, in vtraque Germania superiore & inferiore, in Scotia

Persecutiones nostri temporis.

Scotia, Anglia, Hiſpania (quæ nouam artem Inquiſitionis inuenit) in Italia & alijs regionibus. Quid verò præcipue in Gallijs factũ ſit, nemini hodie ignotum eſt. Extant etiam integri libri de graui & diuturna Papiſtica perſecutione conſcripti, & res ipſa eſt in recenti hominum memoria, ideoque non neceſſe eſt vt hæc denuo ſeparatim & copioſe à me exponãtur, præſertim cum adhuc nullus finis ſit crudelitatis & ſanguinis fundendi. Itaque cum hanc vltimam papiſticam perſecutionem illi exerceant, qui Eccleſiæ patres & paſtores videri volunt, veteribus perſecutionibus illam non modo conferre poſſumus, ſed aliquo modo quod ad magnitudinem præponere.

Cauſæ vtius perſecutionis.

Porrò vt olim veteres perſecutores ad Eccleſiam perſequendam impulſi ſunt inſatiabili dominandi cupiditate, vt ſuam exiſtimationem, voluptates, fortunam, & ſuperſtitionem cõſeruare & augere poſſent: ita Papiſtica perſecutio ob eaſdem cauſas exercetur. Sed ſicut fides Chriſtiana antiquitus propter perſecutiones nihilo minoris æſtimanda fuit, ita hodie quoque Euangelica doctrina nihilo vilior aut deterior eſt, quia Papiſtæ Euangelicos perſequuntur & ſæpius vincunt. Cur autẽ Deus iſta permittat, cauſæ ſunt complures, neq; hic iuſtum Dei iudicium cuique accuſare aut in diſquiſitionem vocare licet.

Atque hæc habui de perſecutionibus quas

Ecclesia Christiana ab ipsius Seruatoris ætate ad nostra vsque tempora passa est: cuncta autē breuibus complexus sum, quō res alioqui prolixa, lectori non longa nimis & tædiosa fieret. Multa alioqui de hac materia multiplici & late diffusa scribi potuissent & debuissent.

## *De varijs causis, propter quas Deus permittit Ecclesiam Christianam persecutionibus affligi.*

### CAPVT XVII.

DEinceps breuiter commemoratarū persecutionum Ecclesiæ Christianæ causas exponam, & effecta quæ in fidelibus operantur. Etsi enim causas aliquas penè in singulis exposui, restant tamen adhuc aliæ magis præcipuæ, quæ nobis diligenter meditandæ sunt.

Persecutiones à Deo immittuntur Ecclesiæ. Iob.

Immituntur igitur Ecclesiæ persecutiones iusto Dei iudicio, sicuti scriptura aperte testatur Iobo homini pio & seruo Dei, crucē, afflictionem & persecutionem à Deo immissam. Vsus autem est ad id Deus Satana, cui terminos præscripsit quousque Iobū persequi posset. Satan verō pro sua malitia excitauit Chaldæorum rapacem populum, vt Iobi bona inuaderent, eum spoliarent & ad paupertatē redigerent. Etsi autem Iobus intelligebat se instinctu Satanæ ab improbis & rapacibus hominibus

minibus tanto damno affectum esse, nihilominus ad principem causam persecutionis respiciebat, neque vt nunc moris est dicebat, se à Satana improbe affligi, & à Chaldæis scelerate spoliatum esse, sed Deus inquit, dedit, Deus abstulit. Sit nomen domini benedictũ in secula.

Similiter Nabuchodonosorem qui populũ Dei persecutus est, & captiuum in Babylonẽ abduxit, scriptura eadem ratione seruum Dei nominat. Ita nanque scribitur 2. Paral. cap. vltimo: Idcirco misit Deus illis prophetas suos, commonens eos vt resipiscerent, at illi subsannabant eos Itaque iratus dominus contra eos, adduxit super eos regem Chaldæorum (Nabuchodonosorem) & tradidit eos in manum illius Item Danielis 9. Et vigilauit dominus super malum & adduxit illud super nos: Iustus dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit. Et si autem Chaldæi illi fuere qui populum Dei in captiuitatem asperã abduxere, tamen prophetæ Dei, Ieremias, Ezechiel, Daniel & alij pij homines qui hæc viderunt & senserunt, maluerunt cum Iob suam afflictionem & persecutionem Deo & iustitiæ eius, potius quam infidelibus & improbis hominibus acceptã referre. Similiter hodie quoque fideles malunt suas afflictiones à Deo quã ab hominibus sustinere. Sciũt enim homines prorsus nihil posse nisi Deus id illis permittat. Quòd autem talia illis permittit, rursus no

Babyloni-ca captiui-tas.

runt ac credunt cuncta ab eo fieri & permitti iusto iudicio, & in vtilitatem suorum.

Pij persecutionem patiuntur.

Ex his omnibus intelligitur crucem, afflictiones, & persecutiones a Deo immitti & imponi pijs quoque & sanctis hominibus. De Iobo enim Deus ipse testatus est, fuisse hominē simplicem & rectum, ac timentem Deum, & recedentem à malo, cui non sit similis in terra. Præterea omnes agnoscunt & fatentur, prophetas, Ioannem Baptistam, Apostolos, fuisse sanctos homines & seruos Dei, & tamē nihilominus omnes persecutionem passi sunt. Ad hæc D. Petrus scribit, Christianos non debere pati vt fures aut maleficos, sed solum Dei & veritatis gratia 1. Pet. 4.

Persecutionem patiebantur etiam peccatores.

Deinde immittit Deus persecutionem his qui debebant esse populus Dei, & etiam aliqua ex parte sunt ac nominantur, sed non tam innocentes & sancti sunt, vti eos esse oportebat, sicuti modo dictū est de populo Dei qui in Babylonē abductus fuit: ac Cyprianus testatur persecutionū sui temporis, sub Decio, causam fuisse, dissolutiorem vitam fidelium. Similes causas indicat Eusebius, describens Diocletiani persecutionem. Interea autem sontes simul & insontes cruci subijciuntur. Insontes nomino, qui dissimiles filijs huius seculi, non contaminati sunt omnibus vitijs, interea tamen defectus & nævos aliquos habent. Ideo vitia defectusque suos Deo confitentur, & nihil

hil de se gloriantur. In hanc sententiam Iob in quit: Verè scio quod ita sit, & quod non iustifi cetur homo comparatus Deo. Si voluerit con tendere cum eo, non poterit ei respondere v- num pro mille. Qui etiamsi habuere quippiã iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et Dauid Psalmo 142: Ne intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis viuens. Quapropter hi qui insontes sunt, etiamsi cum nocentissimis hominibus persecutioni subij= ciuntur, nihilominus tamen non murmurant contra dominum, sed iuxta scripturas confitẽ tur & dicunt, Iudicia tua iusta sunt Domine, & omnes viæ tuæ veritas & sanctitas. Iob. 9.

Adhęc persecutiones à Deo immittũtur Ec clesiæ, declarandæ gloriæ, & maiestatis suæ gratia. Etenim cum discipuli quondam Domi num de cœco, qui cœcus natus fuerat, interro- gassent, vtrum ipse an parentes eius hoc suis peccatis commeruerint, respondit illis domi nus Ioan. 9. hoc factum esse vt gloria Dei ma= nifestetur in eo. Similiter de morbo amici sui Lazari dixit Ioan. 11. morbum eius non esse mortiferum, sed immissum pro Dei gloria, vt per hunc glorificetur Filius Dei. Nam in per= secutionibus declaratur virtus Dei qua suos in medijs afflictionibus conseruat, & suo tem pore, cũ magna gloria liberat, vt clarè cernitur in historia Danielis, Hesther, & Esdræ. Itaq; à In persecu tionibus e- lucet gloria Dei.

Paulo scribitur. Habemus autem thesaurum Euangelij in testaceis vasculis, vt eius virtutis præstãtia sit Dei,& non ex nobis:dum in omnibus premimur,at non coarctamur: laboramus,at non destituimur:persecutionem patimur, at non in ea deserimur: deijcimur, at nõ perimus. quolibet mortificationem domini Iesu in corpore circum ferentes, vt etiam vita illa Iesu in corpore nostro manifesta fiat. 2. Cor 4. Ob hanc causam idem Apostolus scribit sibi dictum à Domino, Sufficit tibi gratia mea:nam potentia mea per infirmitatem perficitur.2. Cor.12.

Veritas patefit persecutionibus.

Alia quoq; est persecutionum causa, quòd per illas Deo visum est veritatem hominibus patefacere, quando scilicet fideles in persecutionibus capti, & in iudicia adducti aperte & libere Euangelium confitentur. Et Christus ait, Ad præsides & reges ducemini mea causa, vt hoc sit eis & Gentibus testimonium. Matth.10.

Persecutiones examinant & purgant.

Adhæc persecutionibus quas Deus imponit Ecclesiæ suæ, probat eam quàm fortis & constans sit, & eos qui immundi sunt purgat, sicut aurifices aurum & argentum igne probant & purgant. Nam caro inquiete & ocio,si nihil aduersi sentiat,plerumque lasciuire solet: ideo Deus suos persecutionibus exercet,vt expergefaciat eos, ne res temporarias nimiũ amẽt,sed magis res æternas seriò meditentur.

In

In hanc ſententiam D. Petrus ſcribit: Chariſsimi, ne tanquam hoſpites, exploratione illa per ignem, quæ fit in vobis ad veſtri experimentũ, percellamini, vt ſi peregrinum aliquid vobis accideret: Imò in eo quod conſortes eſtis afflictionum Chriſti gaudete: vt & cùm patefiet eius gloria, gaudeatis exultantes, 1. Pet. 4. Huc etiam ſpectant D. Pauli verba: Sed etiam gloriamur in oppreſsionibus, ſcientes quod oppreſsio patientiam efficiat: patientia verò experientiam: experientia autem ſpem. Porrò ſpes non pudefacit. Rom. 5.

Perſecutiones teſtimonium iudicij impioꝝ

Rurſus quando Dominus crucem imponit his quos diligit, & affligi patitur homines non prorſus improbos, ſed qui Deum timent & illi ſeruiunt, quamuis interea næuos aliquos habeant, ſimul hoc facto oſtẽdit quid impijs hominibus & filijs huius ſeculi expectandum ſit. Quemadmodum etiam Dominus ipſe teſtatus eſt, qui crucem ſuam geſtans, cum ad ſupplicium abduceretur dicebat: Si in virente & fructifero ligno iſta fiunt, in arido & infructifero quid fiet? Et D. Petrus: Nam tempus (inquit) eſt, quo incipiat iudicium à domo Dei: quod ſi primum incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non parent Dei Euangelio? Et ſi iuſtus vix ſeruatur, impius & peccator vbi cõparebit? 1. Pet. 4.

Perſecutiones docent ſeſe viam.

Perſecutionibus quoq; Deus ad ſe trahit & dirigit in rectam viam, illos qui ante non rectè

incedebant in vijs Domini. Etenim per Prophetas queritur & expoſtulat cũ populo ſuo, quòd plagis quoque moniti, noluerint tamen ſe ad ipſum conuertere.

Perſecutiones vocant ad labores.

Præterea in perſecutionibus & afflictionibus offertur nobis laborũ materia et occaſio, vt in patientia & ſpe bona opera faciamus. Vt Deum in noſtra paſsione inuocemus, neq; defatigemur & laſsi in inuocando fiamus: ſicuti clarè monuit Dominus Ieſus, Lucę. 18. cap. Ac reuera quotidie experimur nos in precibus ſocordes eſſe & frigere, vbi nullâ perſecutione premimur, aut nihil ferè aduerſi ſentimus.

Perſecutiones excutiunt nos.

Poſtremò exercet Deus fideles in perſecutionibus, & excutit illis puluerem cupiditatũ mundanarum, ne vnà cum mundo ſcelerato in peccatis pereant. Certum enim eſt id quod Paulus ſcribit: Sd cùm punimur à Domino erudimur, ne cũ múdo cõdamnemur. 1. Cor. 11.

Humiliare nos debemus in perſecutionib.

Porrò cum ita erudimur, oportet vt nos humiliemus, & ſubmittamus potenti manui Domini, qui ſuo tempore nos rurſus liberare poteſt, prout ſanctæ eius voluntati viſum fuerit. Cuius rei exemplum in Dauide habemus, qui cum perſecutionem pateretur à proprio filio Abſolone, inter alia dixit: Si inuenero gratiam in oculis Iehouæ, reducet me. Si verò ſic dixerit, Non tamen placitũ eſt mihi in te: Ecce ego, faciat mihi quod bonum eſt in oculis ſuis. Idẽ facere iubet Petrus omnes qui perſecutionem

1. Pet. 4.

patiun-

patiuntur, ita ſcribens: Itaque qui affliguntur ex voluntate Dei, tanquã fideli conditori commendent animas ſuas benefaciendo.

Has igitur perſecutionum Eccleſię Chriſtianæ cauſas & effecta, breuiter è multis ſelegi, ne copia & prolixitas cuique moleſtiam afferret. Deinceps igitur in inſtituto noſtro pergemus.

## *Conſolatio in perſecutionibus, & adhortatio ad patientiam & conſtantiam.*

### CAPVT XVIII.

EX ipſis igitur cauſis & effectis perſecutionum eccleſię fideles conſolationẽ eam accipiũt, vt quamuis vehementer premantur & affligantur, patienter tamen cunctas afflictiones ferant, conſtanter perſeuerantes in vera fide, nuſquam cedendo. Quoniam enim credunt omnes labores & afflictiones ſibi ex Dei prouidentia imponi, & ſimul firmiter etiam credunt, Deum iuſtum eſſe, qui nihil iniquum & abſque iuſta cauſa faciat, itemq; clementem & beneuolum hominibus, qui quicquid in Eccleſia facit in eius bonum faciat, & præterea cogitant eum pro nobis paſſum eſſe, ac omnes fideles huius paſsionis participes feciſſe, ſuiq́ue amoris & auxilij & tutelæ qua eos complectitur, ideò in cũctis rebus aduerſis animoſi ſunt,

Fundamentum ueræ conſolationis.

vt qui omnem consolationem repositam habent in benefica eius voluntate, redemptione, charitate, conseruatione, efficacia diuini spiritus, cuius consolationem efficacem in seipsis experiuntur.

Atque huc spectant consolationis plena D. Pauli verba, Rom. 8: Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Is quidem qui proprio Filio nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quî non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur? Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus, is est qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus, is est qui mortuus est, imò verò qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dexterā Dei, qui etiam postulat pro nobis. Quis nos separabit à charitate Christi? num oppressio, num angustia, num persecutio, num fames, num nuditas, num periculum, num gladius? Sicut scriptum est, Causa tua occidimur totum diem, habiti sumus velut oues destinatæ mactationi, Imò in his omnib⁹ plus quàm victores sumus per eum qui dilexit nos. Nam mihi persuasum est neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; sublimitatem, neq; profunditatem, neque vllam rem aliā creatam posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Psal. 44.

Persecutio

Deinde certo norūt fideles se persecutionibus

bus ad maiora promoueri. Atque hoc argumé to Paulus Timotheum & omnes fideles hortatur, vt patientes sint in afflictionibus & constantes in fide, his verbis: Meméto Iesum Christum resurrexisse ex mortuis, factum ex semine Dauid, secundum Euangelium meum: in quo velut facinorosus, affligor vsque ad vincula: sed sermo Dei non est vinctus. Ideò omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur quæ est in Christo Iesu, cum gloria æterna. Fidus est hic sermo. Nam si cũ eo mortui sumus, cum eo etiam viuemus: si toleramus, etiã cum eo regnabimus: si abnegamus, et ille abnegabit nos: si infidi sumus, ille tamen fidus manet, negare seipsum non potest. Hæc suggere, &c. 2. Tim. 2.

nes ad maiora promouent.

Simili modo Christus vehementer exhortatur in se credentes, in Euangelio his verbis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, ac sequatur me. Quisquisenim voluerit animã suam seruare, perdet eã: quisquis autẽ perdiderit animã suam mea causa, inueniet eam. Quid enim prodest cuipiam si totum mundũ lucratus fuerit, anima verò sua mulctetur? aut quam dabit quispiam compensationem animæ suæ? Nam quemcunque puduerit mei ac meorum sermonũ in natione ista adultera & peccatrice, Filium etiam hominis pudebit eius, quãdo venerit cum gloria patris sui cum Angelis illis sanctis, &c. Hæc

Perdendo uitam seruamus eam.

igitur Christi & Pauli verba singulos grauiter monent & hortantur, vt veram & Christianã fidem nostram in omnibus persecutionibus liberè & apertè confiteamur, ac nullo modo ipsam abnegemus.

Persecutiones nobis prædictæ sunt.

Præcipua & maxima consolatio & firmissima cohortatio est ad patientiam et constantiam in fide, quòd Dominus ipse apertè prędixit nobis, patienda & ferenda esse ipsius & veritatis causa omnia illa quæcunque hodie patitur Christiana ecclesia: Mouebũt vos, inquit, synagogis: imò veniet tempus cùm quisquis trucidabit vos, putabit se cultũ præstare Deo, Sed Deum hac ratione nõ còli, ostendit his verbis mox subiectis: Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Alibi dicit Dominus fideles capiendos, ducendos ad Reges & principes, conuentus & iudicia, flagellandos, eijciendos in exilium, excruciandos & occidendos esse. Fideles item, odio fore omnibus gentibus. Quamobrem quoniam ea quæ Dominus prædixit eueniunt & reipsa perficiuntur, quid aliud quæso cogitare possunt fideles, quàm se Domini volũtate omnia ista pati? Ideóque constantiores & magis patientes sunt: apertè enim intelligunt ista omnia sibi non euenire fortuito.

Ioan. 16.

Matth. 10. 23. & 24.

Adhæc Dominus suum ipsius exemplum fidelibus proponit ante oculos, in hæc verba: Si mundus vos odit, scitis me prius quàm vos, illi

Ioan. 15.

illi odio habitum Si ex mundo fuissetis, mundus quod suum est amaret: quia verò ex mundo non estis, sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mũdus. Mementote sermonis quem ego dixi vobis, Non est seruus maior domino suo: si me persequuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia non nouerũt eum qui misit me.

Beati sunt qui persecutionem patiuntur.

Præterea dominus aperte docet, eos qui Dei & veritatis gratia affliguntur, non esse infœlices, vt vulgus iudicat, ac ait: Beati eritis quum conuiciati fuerint vobis, & persequuti fuerint, et dixerint quiduis mali aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Atque his subijcit exemplum sanctorum prophetarum dicens: Ita enim persequuti fuerũt prophetas qui fuerunt ante vos. Matth. 5.

Ioan. 16.

Adhuc plenius & magis ardenter consolatur Christus Ecclesiam suam in omni angustia persecutionum, ampla promissione gloriæ & gaudij, ita dicens: Amen amen dico vobis, flebitis vos, & lamentabimini, mundus autem gaudebit: vos verò tristes eritis, sed tristitia vestra euadet in gaudium. Mulier quum parit, dolorem habet, quia venit hora eius: quum autem pepererit puerulum iam non meminit oppressionis, quòd gaudeat ho

igitur Christi & Pauli verba singulos grauiter monent & hortantur, vt veram & Christianã fidem nostram in omnibus persecutionibus liberè & apertè confiteamur, ac nullo modo ipsam abnegemus.

Persecutiones nobis prædictæ sunt.

Præcipua & maxima consolatio & firmissima cohortatio est ad patientiam et constantiam in fide, quòd Dominus ipse apertè prędixit nobis, patienda & ferenda esse ipsius & veritatis causa omnia illa quæcunque hodie patitur Christiana ecclesia: Mouebũt vos, inquit, synagogis: imò veniet tempus cùm quisquis trucidabit vos, putabit se cultũ præstare Deo, Sed Deum hac ratione nõ còli, ostendit his verbis mox subiectis: Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Alibi dicit Dominus fideles capiendos, ducendos ad Reges & principes, conuentus & iudicia, flagellandos, eijciendos in exilium, excruciandos & occidendos esse. Fideles item, odio fore omnibus gentibus. Quamobrem quoniam ea quæ Dominus prædixit eueniunt & reipsa perficiuntur, quid aliud quæso cogitare possunt fideles, quàm se Domini volũtate omnia ista pati? Ideóque constantiores & magis patientes sunt: apertè enim intelligunt ista omnia sibi non euenire fortuito.

Ioan. 16.

Matth. 10. 23. & 24.

Adhæc Dominus suum ipsius exemplum fidelibus proponit ante oculos, in hæc verba: Si mundus vos odit, scitis me prius quàm vos, illi

Ioan. 15.

illi odio habitum Si ex mundo fuissetis, mundus quod suum est amaret: quia verò ex mundo non estis, sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mũdus. Mementote sermonis quem ego dixi vobis, Non est seruus maior domino suo: si me persequuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia non nouerũt eum qui misit me.

Beati sunt qui persecutionem patiuntur.

Præterea dominus aperte docet, eos qui Dei & veritatis gratia affliguntur, non esse infœlices, vt vulgus iudicat, ac ait: Beati eritis quum conuiciati fuerint vobis, & persequuti fuerint, et dixerint quiduis mali aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Atque his subijcit exemplum sanctorum prophetarum dicens: Ita enim persequuti fuerũt prophetas qui fuerunt ante vos. Matth. 5.

Ioan. 16.

Adhuc plenius & magis ardenter consolatur Christus Ecclesiam suam in omni angustia persecutionum, ampla promissione gloriæ & gaudij, ita dicens: Amen amen dico vobis, flebitis vos, & lamentabimini, mundus autem gaudebit: vos verò tristes eritis, sed tristitia vestra euadet in gaudium. Mulier quum parit, dolorem habet, quia venit hora eius: quum autem pepererit puerulum iam non meminit oppressionis, quòd gaudeat ho

minem esse natum in mundo. Et vos igitur nunc quidem tristitia tenemini: sed rursum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis. Hæc loquutus sum vobis ut in me pacem habeatis: In mundo oppressionem habebitis: sed confidite ego vici mundum.

Desideriũ finiendæ persecutionis.

Quoniam verò propter multitudinem & diuturnitatem persecutionum Ecclesiæ Christianæ, non exiguo desiderio finis fideles anguntur, & mirantur quando tandem cessatura sit immanis illa laniena & cædes piorũ, & quando tandem Deus exurgens hæc vindicaturus sit, ideo cœlesti visione Deus ante oculos posuit Ecclesiæ suæ suauem consolationẽ, qua monet vt patienter & constanter dominum expectemus. Describitur autem visio hæc à Ioanne Apostolo & Euangelista his verbis: Vidi sub altari animas eorum qui mactati fuerant propter verbum Dei, & propter testimonium quod tuebantur. Clamabant autem voce magna, dicentes, vsque quo domine, qui sanctus es & verax, non iudicas ac vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra? Tum datæ sunt singulis stolæ albæ, & dictum est eis vt requiescerent adhuc paululum temporis, vsquequo compleantur etiam conserui eorum & fratres eorum, qui trucidandi sunt sicut & ipsi. Ex his quiuis intelligit bene agi in cœlis cum omnibus his qui in persecu-

Apocal. 6.

tionis

tionibus trucidati ſunt, eos nempe ſplendidis veſtibus indutos, hoc eſt, glorificatos eſſe. Apparet quoque dominum rationem habere innoxij ſanguinis, vt hunc vindicet, atque eum omnino hunc ſeueriter vindicaturum eſſe, idque breui. Poſtremo omnes qui propter verbum Dei paſsi ſunt, in æterna felicitate coniungendos, vbi cum exultatione in æternum dominum celebrabunt & illi gratias agent.

In Eſaia propheta à capite 40. ad 50. vſque præclaræ conſolationes habentur, & exhortationes vehementiſsimę ad patientiam & perſeuerantiam. Præterea in epiſtola Pauli ad Hebræos 11. & 12. cap. Quæ loca ideo breuiter à me annotantur, ne Chriſtianum lectorem diutius detineam longiori oratione, & illi moleſtus ſim, deinde quòd nulla ſit melior & certior conſolatio, quam quæ ex ſcripturis, quod eſt ipſum Dei verbum, addiſcitur.

Quid verò in hac cauſa proferri poteſt efficacius & breuius, & quod plus conſolationis habeat verbis Chriſti ita dicentis? Et quoniam (extremis temporibus) multiplicata erit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum Sed qui ſuſtinuerit ad finem vſque, is ſeruabitur. Item Ezechielis in eandem ſententiam ſcribentis: Si iuſtus ſe auerterit à iuſtitia ſua, obliuioni tradetur omnis iuſtitia quã fecit, et in iniquitate ſua morietur. Huc quoque ſpectant ſequę Matth. 24. Ezech. 18.

tia Pauli verba: Nam & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio accepistis, vt qui scireris vos habere apud vos potiorem substãtiam in cœlis, & quæ permaneat. Ne igitur abijcite fiduciã vestram, quæ magnam habet præmij retributionem. Nam patientia vobis est opus, vt vbi voluntatem Dei præstiteritis, reportetis promissionem. Adhuc enim tantillum, tantillum inquam, & qui venturus est, veniet, neque tardabit. Iustus autem ex fide viuet: at si quis se subduxerit, non probat eum animus meus. At nos non ij sumus qui nos subducamus ad exitium, sed qui credamus ad animæ salutem. Id quod largiatur nobis clemens & misericors Deus.

Heb. 10.

*Commemoratio vindictæ & pœnarum, quas Deus sumpsit de his qui Ecclesiam suam ante Christi natiuitatem persecuti sunt.*

## CAPVT XIX.

Querela fidelium de felicitate impiorum.

DEinceps in fine huius libri commemorabo pœnas & vindictam Dei aduersus persecutores Christianæ ecclesiæ. Scio nanq; in persecutionibus etiam fideles homines conqueri, quòd profanis impijs & sceleratis nebulonibus omnia prospere cedant, ita vt quicquid

quid libeat pro animi libidine facere posſint: ac Deum quidem illis hæc permittere & nullam eorum curam agere, interea ſeueriter caſtigare fideles. Huiuſmodi cogitationibus tentantur & exercentur non nunquam etiam fideles homines, vt ex multis prophetarum locis apparet, & præſertim ex Pſalmo 73. addiſci poteſt, in quo talis querela pij & fidelis homi nis proponitur. Mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelo ardebam ſuper iniquos pacem impiorum videns. In miſeria hominum non ſunt, & cum hominibus non affliguntur. Derident & locuti ſunt nequiciam: & calumniam de excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in cœlum os ſuum: & dixerunt: nunquid ſciret deus? & nunquid eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi impij & abundantes in ſeculo, poſsederũt diuitias. Ergo fruſtra mundaui cor meũ, & laui in innocentia manus meas. Et fui flagellatus toto die: & caſtigatio mea matutina. Sed mox reſponſionem ſubijcit Propheta. Et Cogitabam vt ſcirem hoc, ſed difficile erat in oculis meis: donec irem in ſanctuaria Dei, & animaduerterem nouiſsima eorum. Verumtamen in lubrico poſuiſti eos: deieciſti eos in interitũ. Quomodo facti ſunt in deſolationem? quam ſubito defecerunt? conſumpti ſunt à terroribus. Quomodo vero hæc ſingulis temporibus præſtita & vere impleta ſint, breuiter commemoratis hiſtorijs aliquid

Ierem. 12. Abac. 1.

veriſsmis declarabo, et oculis quaſi ſubijciam. Diſcant autem hinc fideles acquieſcere in voluntate Dei, & in illum ſolum reſpicere, & eũ expectare, ac certo ſciant eum magnificare & in pretio habere ſanguinem ſuorum, ideoque impiã audaciã ſceleratorũ perſecutorũ Eccleſię, illi ſummopere diſplicere, eumq; certò pœnas de illis ſumpturũ, etiamſi diu feliciter imperare videãtur, & res ſuas potenter obtinere.

Pharao rex Aegypti.

Pharao poſt Satanam caput omnium perſecutorum, qui populum Dei miſere afflixit, tandem cum vniuerſo regno pœnas dedit, decem horribilibus & magnis plagis cæſus, & poſtremo cũ omnibus ſuis ſubmerſus in mari rubro: vt Moſes 2. lib. hiſtoriæ ſuæ teſtatur.

Achabus rex Iſraelis.

De pœnis Regum Iudæ & Iſraelis complures hiſtoriæ commemorari poſſent, ſed contẽtus ero vnico exemplo Achabi & Ieſabelis vxoris eius, ac ſacerdotum Baalis. Hi enim præ omnibus alijs idololatriam plantarunt, & veram religionem oppreſſerunt, ac ſanctos Dei prophetas perſecuti ſunt & trucidarunt. Verũ rex ipſe Achabus in bello cõtra Syros ſagitta percuſſus miſere obijt. Ieſabel è feneſtra præceps data fuit, & à Iehu rege equo conculcata. Baalitæ ſacerdotes partim poſt certamen de ſacrificio cum Helia habitũ, à populo cæſi ſunt, partim à Iehu rege in idoli ſui templo cuncti trucidati ſunt, & templum deſtructũ, eorũq; idololatria ſubuerſa & ad nihilum redacta eſt.

Porrò

Babylonis casus.

Porrò quid Babylonijs acciderit qui populum Dei crudeliter persecuti sunt, & in captiuitatem septuagenariam abduxerunt, egregiè à prophetis descriptum est, & præsertim ab Esaia cap. 13. & 14. & à Daniele 5. cap. Summa est: Deum septies illis rependisse, & fecisse illos spectaculum vniuersi orbis. Neq; iuuit eos quòd in scripturis serui Dei nominãtur: nam in eo solũ Deo seruierunt, quòd populũ ipsius malum punierunt: sed ipsi hoc facientes non huc spectabant vt Deo seruirent, sed odium suum aduersus populum Dei exaturarunt, superstitiones suas propagare conati sunt, & rapinis ditescere voluerunt. Neque ipsi punierũt populum Dei propter peccata, neque enim illis scelerata vita displicuit, sed tyrannice bello in eos grassati sunt, ideôq; aduersus Deũ et populum eius grauiter peccarunt. Præterea nulla misericordia vsi sunt, neque modum in puniendo seruarunt sed nimij fuerũt: cum enim Deus populum suum aliquo modo castigari vellet, ipsi miseros homines crudelissime tractarunt, sicuti aperte à Prophetis traditur. Iratus fui contra populum meum (inquit Dominus) contaminaui hæreditatem meam, tradidíque eos in manum tuam (Babylon) nec prę stitisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde: & dixisti in æternum ero domina, &c. Esaiæ 47. cap. Itẽ Zachariæ 1. cap. At ira magna (inquit Iehouah) irascor

Quomodo impij quando Dei voluntate pios persequũtur peccent.

contra Gentes illas, nam iratus eram parum: ipsi verò adiuuerunt in malum. Similia autẽ quotidie fiunt ab hostibus Euangelij, cũ enim Deus fideles propterea quod aduersus se peccarunt tradit in manus hostium, nullum modum seruant, sed crudelirer absque omni misericordia miseros homines tractant & affligũt: ideoque meritò à Deo seueriſsime puniũtur.

Antiochus Syriæ rex.

Cæterum post Babylonicam captiuitatem cum Antiochus rex Syriæ grauiſsimam persecutionem aduersus populum Dei commouiſſet, ipse quoque grauiſsime à Deo punitus est. Primum enim copiæ illius à Iuda Machabeo & alijs hostibus victæ & cæsæ sunt, ac omni successu & fortuna caruit: deinde Deus in ipsum etiam seueriter animaduertit, sicuti in historia Machabeorum describitur. Quum autẽ Antiochus nuntium accepiſſet de rebus gestis in Iudæa, ira accensus est, ac constituit se Hierosolymam facturum esse cõmune sepulchrum Iudæorum. Sed qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israel, percuſsit eum insanabili occultaque plaga: nam subito apprehendit ipsum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Accidit vt curru, dum impetu ferretur, decideret, grauiterque casu affectus & humiliatus gestatorio ferebatur, manifestam Dei virtutem in semetipso ostendens: vt & vermes ex corpore eius scaturirent, & teter putredinis eius odor toti exercitui grauis esset. Adeo

deo vt qui paulo ante cœli astra contingere sibi videbatur, eum propter intolerabilem odoris grauitatem, gestare nemo posset. Atque ita homicida ille & blasphemus punitus est, et pe regre inter montes miserrimo mortis genere vitam finiuit.

In summa, omnes qui populum Dei afflixerunt, seueriter à Deo sunt puniti, iuxta vaticinium Zachariæ, apud quem Deus ita loquitur; En ego pono Ierusalem calicem soporiferum omnibus populis per circuitum, (ut vertigine agantur & vacillent.) Ponam etiã Hierusalem lapidem oneroſum omnibus populis: quotquot ferent illum, incidendo incidentur, &c. Zach. 12. Nulli impune secutio impune fuit.

## *Commemoratio vindictæ & pœnarum, quas Deus sumpsit de his qui eius Ecclesiam post Christi natiuitatem persecuti sunt.*

### CAPVT XX.

NOn minus grauiter à Deo puniti sunt illi persecutores, qui post natiuitatem Christi Ecclesiam persecuti sunt. Cum enim misere trucidarentur fideles, atque nemo negry quidem contradiceret, nihilominus Deus suo tempore suos seueriter vltus est, & potenter declarauit sibi vitam & sanguinem suorũ maxime curæ esse.

Pœna Herodis magni.

Herodes primus cognomento magnus, sua ætate magni nominis & potentiæ, felix item & opulentus rex fuit. Nam & præclaras aliquot vrbes ædificauit, & Hierosolymam ita muniuit & ornauit, vt Plinius scribat fuisse longe clarissimam vrbiũ Orientis. Templum quoque pulcherrimum, magno sumptu, mirifico opere extruxit, quod à Iosepho describitur Antiquitatum Iudaicarum lib. 15. cap. 14. Sed hæc omnia ipsum nihil iuuerunt, nam quia Christum persecutus est, & se insonti sanguine innoxiorum puerorũ Bethlehemi polluit, ipse quoque Antiocheo morbo percussus est, ac post longos & ineffabiles cruciatus infœliciter obijt, sicuti copiose scribit Iosephus lib. 17. cap. 9. Eusebius Ecclesiasticæ historiæ lib. 1. cap. 8. & 9. Similiter mors Ioannis non inulta fuit, sed eius pœnas luit Herodes Antipas prioris filius, qui Ioannem in carcere trucidari iusserat. Socer enim ipsius Aretas Arabum rex, eius exercitum vicit & deleuit. Atq; Iosephus testatur lib. 18. cap. 10. vulgò tum omnes dixisse, cladem hanc irreparabileq; damnum acceptum propter Ioannis Baptistæ cædem. Postea etiam regno priuatus est, et in exilium missus Lugdunum in Galliam, quo etiã ipsum incesta ipsius meretrix Herodias secuta est, atque ibi in exilio misere perierunt. Quas autẽ pœnas dederint Iudæi, qui persecuti sunt Christum ipsum & eius Apostolos, & præcipue

Lib. 5. cap. 29.

Pœna Herodis Antipæ.

Pœna Iudæorum.

pue Paulum & Eccleſiam quam ipſe Chriſto paſsim inter Gentes collegerat, item beatum Stephanum & primam Eccleſiam Hieroſolymitanam, deſcribitur à Ioſepho ſeptem libris de bello Iudaico. Neq; dubitandum eſt ipſum à Deo ordinatum eſſe, qui inauditam & ineffabilem calamitatem infelicis populi Iudaici deſcriberet, vt teſtimonium hoc extaret, grauiſſime à Deo puniri perſecutores ipſius, & ſuorum ſanguinem fideliter ab eo vindicari. Cæterum in Euangelio ſummam horum habemus, vbi Chriſtus hæc illis euentura eſſe prædixit: atque apud Lucam ita loquitur: Veniet tempus aduerſum te Hieruſalē, quo circumijcient tibi inimici tui vallum, & circumcingēt te, & conſtringent vndique, teque ſolo æquabunt, & filios tuos intus: neque relinquent in te lapidem ſuper lapidem. Nam hi ſunt dies vltionis, vt impleātur omnia quę ſcripta ſunt. Væ autem ventrem ferentibus & lactantibus in illis diebus. Tum dicent, beati ſteriles, & veteri qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tum incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos. Erit neceſsitas magna in hac regione, & ira in populo iſto. Et cadēt in acie gladij, & captiui ducentur in omnes gentes: & Hieruſalem calcabitur à Gentibus. Lucæ 19. 21. 23. cap.

Herodis Agrippæ pœna.

Non prætereundus hic nobis eſt Herodes Agrippa, qui ſicuti aui ſui Herodis magni exē

plum in persequendis fidelibus imitatus est, Iacobum interimendo, Petrum conijciẽdo in carcerem, ita etiã similes cum ipso pœnas luit. Nam ipse Antiocheo morbo correptus postquam ab angelo percussus fuit, miserabiliter languens & putrescens vermibus scaturijt, & demum infœliciter magno cum cruciatu animam exhalauit.

Neronis Imp. supplicium.

Nero Imperator & primus Cæsarum qui magno studio Christianam religionem extinguere conatus est, atque ideo beatos apostolos Petrum & Paulum, & multos alios pios Christi martyres ad mortem duci iussit, dignum tandem factis & sceleribus suis exitũ nactus est. Nam cum ab ipso defeciſſent Prouinciæ & earum præsides, ipsi quoque prætoriani milites eum deseruissent, neque vsquam quenquam amicum inueniret, à Senatu Romano hostis iudicatus est, & ignominiosissima morte damnatus. Cum autem media nocte vnà cũ scederato suo catamito Sporo fugeret, fulmen ante pedes eius decidit ipso intacto. Indignus enim erat qui ita periret, sed eum sceleratas manus sibijpsi inferre & ita turpiter perire oportebat. Præ metu autem cum se abdidisset, & in summam desperationem incidisset dixit, Turpiter vixi, turpius moriar, & pugione arrepto, à Sporo adiutus sibi ipsi iugulũ transfixit, atque vltima eius verba fuere, Hæc est fides. Atque hæc proculdubio fuit vindicta persecutionis

ſecutionis aduerſus veram Chriſtianorum fidem. Referunt hæc de ipſo Romani ac Gentiles hiſtorici.

Neque tamen hic ceſſauit vindicta Dei, ſed eodem tempore Romæ 30000. ciuium peſte mortui ſunt: ac mox poſt Neronis mortem atrox ciuile bellum exortum eſt, in quo multa millia Romanorum perierunt. Eodem enim fere tempore Imperatores ab exercitibus facti ſunt, Galba in Hiſpania, Vitellius in Germania, & Veſpaſianus in Syria. Ac Galba quidē cum ex Hiſpania Romam veniſſet ab Othone occiſus eſt: ſeipſum verò Otho Imperatorē fecit, & cum exercitu Vitellio obuiam progreſſus eſt, is enim Germanicas Legiones Romam verſus ducebat. Poſtquā verò quatuor prælijs à Vitellij ducibus victus fuit, manus ſibi intulit & proprio gladio ſe confodit. Vitellius autem Romam profectus immaniter ſe geſsit, ac Veſpaſiani fratre & Flauijs cognatis illius in Capitolium compulſis illud incendit, & ita Veſpaſianos vnà cum templo deleuit. Poſt tantum facinus Imperator ipſe Veſpaſianus exercitum Romam duxit, Vitellius autē à ducibus & militibus ſuis deſertus, & captus ac ludibrio affectus, & ad patibulū tractus, miſere ſummo cum cruciatu occiſus eſt, cadauer eius vnco in Tyberim tractū & ſubmerſum. Atque ita Romani magno luerunt ſanguinē Chriſtianorum. Hæc autem inter Gentes eo

Pœnæ Romanæ urbis & populi.

Dies vltionis.

tempore facta sunt, quo bello Iudaico, obsidione & euersione Hierosolymorum Deus de Iudæis pœnas sumpsit. Anno enim 2. Imperij Vespasiani Cęsaris Hierosolyma incensa, & iuxta Prophetarum oracula in cineres redacta est.

Pœna Domitiani.

Sed hæc grauis & horrenda vltio non tantũ valuit apud Domitianũ Vespas. filiũ, quàm quòd & ipse Christianos persecutus est: ideóq; à suis occisus est, & absq; vllo honore aut cuius quã mœrore sepultus. Senatus prȩterea Romanus nomen eius vbiq; delere iussit, statuas & imagines eius tollere & confringere. Atq; ita turpis & sanguinarius homo, qui diuinos honores sibi vendicauerat, absq; omni honore, imò summa cũ ignominia & dedecore perijt.

Pœna Traiani.

Traiani Cæsaris tẽporibus, qui & ipse multum Christiani sanguinis effudit, vt supra exposuimus, graues calamitates & ærumnæ in Romano imperio exortæ sunt. Tiberis enim aquis auctus vrbem Romam inundauit, ineffabili damno domorum atq; bonorum. Aurea domus Neronis subitò cõflagrauit. Pantheon fulmine tactum est, & templum hoc vnà cum idolis conflagrauit. Vehementi terrȩmotu quatuor vrbes in Asia concussæ corruerunt, duę insignes in Græcia, tres in Galatia, Antiochia funditus ferè perijt. Præterea vniuersum imperium valdè afflictũ fuit fame & peste. Cuncta hæc ab Orosio descripta sunt, lib. 7. cap. 12.

Pœna Antonini Veri.

Idem testatur temporibus Imperatorũ Antonini

tonini Veri & Lucij, poſtquam Eccleſiam perſecuti ſunt, inauditam peſtem conſecutam eſſe, qua aliquot integri vici & pagi exhauſti ſunt nemine ſuperſtite, & culta loca ad vaſtitatem redacta, Romani quoque exercitus miſerè magno numero peſte periêre.

Poſtquam verò Septimius Seuerus Imp. Chriſtianos quoque perſequi cepit, Roma ipſumq; imperium ſanguine Romano inundatum fuit. Tria nanq; ciuilia bella grauiſsima exorta ſunt, affectantibus imperium Iuliano, Peſcénio Nigro, & Clodio Albino, qui omnes cæſi ſunt, & vnà cum illis infinita militum Romanorum multitudo. Aequum enim erat eorum ſanguinem noxium effundi, qui tantum innoxij ſanguinis ante effuderant: & qui regnum Chriſti deſtruere voluerunt, eorum regnum merito dilaceratũ eſt, & ipſi interea ſeſe mutuo trucidarunt. Seueri Cęſaris pœna.

Iulius Maximinus & ipſe Chriſtianorũ parricida, in obſidione vrbis Aquileię vnà cum filio ſuo Maximino iuniore à proprijs militibus occiſus eſt: ac paſsim milites in caſtris dicebãt, ex mala progenie ne catulum quidé relinquendum eſſe. Capita eorum truncata & haſtis impoſita, Aquileiénſibus oſtẽſa ſunt, & poſtea Romam miſſa, atq; ibi maximo cum ludibrio & cõuicijs cremata: cadauera ignominioſè aquis ſubmerſa ſunt. Pœna Maximini.

Exempla ſuperiorum Cæſarum nihil com-

Decij Cęsaris pœna.

mouerunt Traianum Decium, sed ipse quoq; Christianã ecclesiã inuasit, atq; vt supra docuimus, multum innoxij sanguinis effudit, ideóq; à Deo punitus est, & vnà cum Decio filio à sæua et barbara Scytharum seu Tartarorũ gente cæsus est. Ac ipse quidem in prælio cum inter hostes versaretur, equum in palustria loca adegit, & illic suffocatus perijt, neq; cadauer eius vsquam est inuentum: quocunq; tandem à Satana delatum fuerit, haud dubiè ad inferos debitum illi locum. Præterea testatur Orosius tam inauditam et sæuam et cõmunem pestem, per totum imperium grassatam esse, vt nulla fuerit prouincia, nulla vrbs, nulla domus deniq; quæ non ingens damnum fecerit. Et iurè ac meritò mortui sunt, qui persecuti sunt Euãgelium quod est verbum vitæ.

Pœna Valeriani Cęsaris.

Licinius Valerianus qui & ipse aduersus Deum persecutione ecclesię Christianę peccauit, à Sapore Persarũ victus et captus est. Mansit autem ad senectam in captiuitate, & ea ignominia affectus est, vt Persarũ regi quoties equũ cõscensurus esset, cogeretur pro scabello se substernere. Adhæc Romanũ Imperiũ horrendis irruptionibus & bellis miserabiliter laceratũ fuit. Horrẽdo hoc iudicio dei aduersus Valerianũ edito, ita territus fuit successor eius Licin. Gallienus, vt nõ tantum pacẽ & quietẽ Ecclesiæ concederet, verũ etiã clementẽ & benignũ fidelib. se exhiberet & eos beneficijs afficeret.

Pax Ecclesiæ sub Gallieno.

At vbi

At vbi Valerius Aurelianus oblitus superioris grauissimæ vltionis diuinę ipse quoque cœpit Ecclesiam persequi, fulmen coram ipso decidit, quo grauiter territus, & paulò post à suis confossus fuit. Aureliani pœna.

Diocletianus verò infensissimus hostis Ecclesiæ, & magnus homicida, qui innumeros Christianos occidit, dum ita sæuit terræmotũ expertus est, quo innumera multitudo populi Romani perijt. Ipse autem iam senex cum à Constantino vocatus fuisset, ac sibi malè conscius ignominiosam mortem metueret, in summa & horribili desperatione venenum bibit, & seipsum necauit. Diocletiani pœna.

Maximianus Diocletiani socius in affligendis Christianis, à Constantino Massiliæ obsessus, & suspensus est. Maximianus.

Galerius Maximinus morbo Antiocheo seu Herodiano percussus est, ita vt computrescerent cum intolerabili fœtore, & vermes ex eo scatu rirent: atque ita vt commertierat, misera & horrenda morte perijt. Maximinus.

Maxentius Maximiani suspensi filius, Romæ iuxta pontem Miluium à Constantino victus & profligatus est, cadauer eius in Tiberi submersum nusquam inuentum est: abijt scilicet quæsitum Traianum Decium socium sui latrocinij. Atque ita quatuor potentissimi Imperatores Romani, Diocletianus, Maximianus, Maximinus, Maxentius, lapidẽ illum Zae Maxentius

chariæ tollere aggressi & ab eo bene conciſi ſunt. Atque hæc eſt potentia dexteræ Excelſi cui nemo obſiſtere poteſt.

Iuliani pœna.

Iulianus Cæſar, Apoſtata & hoſtis Chriſtianorum, ingentem exercitum contra Perſas duxit, eo animo vt illis domitis deinceps Chriſtianos extirparet: verum in ipſa profectione in latere telo percuſſus eſt, cum tamen omnes ignorarent vnde aut à quo miſſum fuiſſet: ipſe ſolus ſe à Chriſto Angeli miniſterio percuſſum & cæſum credidit. Nam ſanguinem è vulnere manu accipiens, & in cœlum ſpargens dixit, Νενίκηκας Γαλιλαῖε, Viciſti Galilæe, hoc nomine Chriſtum intelligens, vt ſupra in perſecutionũ ſerie diximus. Atq; ita Iulianus Achabi inſtar ſagitta percuſſus, cœlum quidem Chriſto & fidelibus reliquit, ipſe autem ad inferos abijt, & ſicuti omnes alij perſecutores qui ipſum anteceſſerunt, Eccleſiam in terris quietam & pacatam relinquere coactus eſt. Terribilem hunc Iuliani interitum copioſius in ſuis hiſtorijs deſcribunt Theodoretus lib. 3. cap. 25. Sozomenus lib. 6. cap 1. & 2.

Valentis pœna.

De Valente Imperatore Arianicæ hæreſeos & orthoxorum perſecutore, Oroſius ſcribit, eum in bello aduerſus Gothos amiſſo & cæſo exercitu, ſagitta percuſſum & vulneratum, in caſam quandam confugiſſe, & à perſequentibus Gothis vnà cum caſa combuſtũ eſſe, Lib. 7. cap. 33.

Gilie

Gilimer etiam sæuus ille Vuandalorum rex in Africa, à Belliſario Iuſtiniani Chriſtianiſsimi Imperatoris duce victus & captus eſt, ac vniuerſa Vuandalorum gens extirpata. Atque ita Chriſti potentiã experti ſunt, qui eius gratiam non tantum non receperunt, ſed etiam temere & crudeliter perſecuti ſunt. Vuandalorum pœna.

Machometus Apoſtata et falſus vates, à Deo in hac quoq; vita punitus eſt, immiſſo illi horribili morbo Epilepſię ſeu caduco, vt ita indicaretur ipſius doctrinam & fidẽ quam in orbẽ introduxit, non firmam & ſanam, ſed caducã morbidamque eſſe. Deinde inhoneſta morte Deus ipſum obire voluit, qua iuxta regulam Deut. 13. traditam teſtaretur ſe falſum prophetam eſſe. Nam moriturus prædixit ſuis, cadauer ſuum non opus habere ſepultura, ſed accuratè cuſtodiendum eſſe, quoniam tertia poſt obitum die reſurrecturus ſit à mortuis, & glorioſè in cœlos aſcenſurus. Sed cum præteriſſet dies tertia atq; etiam ſeptima, tantus fuit cadaueris fœtor, vt eum nemo vel à longè ferre poſſet, ideóq; ſepultus eſt. Atq; reuera maledictus impoſtor Machometus, nihil aliud poſt ſe quàm turpiſsimum fœtorem reliquit: & cùm iactaret ſe in cœlos aſcenſurum, à via aberrans ad inferos decidit. Machometi pœna. Macho. declarat ſe eſſe pſeudoprophetam

Porrò Sarraceni cultores & ſectatores Machometi quamuis victorioſi in hoc ſeculo fuerint, pleriq; tamen feris beſtijs quàm hominibus Sarracenorum pœna.

bus ciuilibus similiores fuerunt. Nam sicuti feræ bestiæ ad laniandum natę sunt, & se mutuò mordent, vorant ac lacerant: ita historię testantur Sarracenorum gentem his similem, barbaram & crudelem fuisse. Præterea sępe ingentibus cladibus à Christianis affecti sunt. Atq; vt alia præteream, omnes historici similiter scribunt, Carolum Martellum maiorẽ domus ducem & principem Francorum, tria grauissima bella contra Sarracenos gessisse, qui ex Hispania Galliam inuadebant. Primo bello Abidiramus Sarracenorũ rex propè Turones à Carolo Martello victus est, & vnà cum eo cæsa trecenta & septuaginta quinque millia Sarracenorum. Francorum Chronica quadringenta millia numerant. Christianorum non plures mille quingentis occubuêre. Pugna hæc commissa fuit anno Christi 730. Postea anno Christi 736. cum Athynus Sarracenorum rex, denuò Galliam ingressus fuisset cum innumerabili multitudine hominũ, Carolus hũc quoq; propè Auenionẽ ꝓfligauit. Postremò Amorrheus cũ alio exercitu Sarracenorũ Athynum liberaturus, ipse quoq; cum suis cæsus est.

Ingentes clades Sarracenorũ.

Præterea finis & exitus Sarracenici imperij terribilis est auditu, in quo vt in speculo quodam ira Dei aduersus illos cernitur. Nam vt supra in persecutionũ serie docuimus, Selimus 1. Turcarum Imperator, Solimanni pater, Sarracenicũ imperium oppressit & deleuit. Primũ nanq;

Finis imperij Sarracenici.

nanque per Sinamum ducem ſuum duobus in gentibus & inauditis pugnis Tomumbeium Sultanum vicit: vno ad Gazam Syriæ vrbem, altero non longè ab Alcayro Aegypti: deinde Selimus Turcicas copias Alcayrum duxit, ac pugnatum eſt in vrbe duobus integris diebus totidemq; noctibus, priuſquam omnia munita loca occuparet. Verbis autem explicari non poteſt quantum ſanguinis tum fuſum ſit, & quàm immaniter cõtra Sarracenos Turcę graſſati ſint. Arx vrbis capta eſt 25. Ianuarij, anno 1517. Sultanus ipſe fugiens inter cannas paluſtres ſe abdidit, inde extractus & ad Selimum adductus eſt, ac eius iuſſu poſt varios cruciatus mulę impoſitus, & ignominiæ cauſa per vrbem circumductus, & demum ad Baſuelã portam ſuſpenſus eſt. Atq; eodem anno 13. Aprilis triſte hoc ſpectaculũ editum eſt, vt potentiſsimus Imperator Syriæ & Aegypti, tam ignominioſè in conſpectu ſuorum ſuſpenderetur. Sultanus hic vltimus fuit Sarracenorum principum, & cum ipſo extincti ſunt Sarraceni & ſuperbi Mamaluchi. Itaq; in his Deus potentiã ſuam oſtendit, & vindictã ſanguinis fidelium ſuorum ab impuris canibus exegit. Copioſiorem huius hiſtoriæ deſcriptionem è Paulo Iouio petant, qui eius deſiderio tenentur.

Vltimus Sultanorũ ſuſpẽditur.

Similiter ipſi Turcę manũ Dei ſenſerunt, ac ſæpe graues pœnas ſuarũ perſecutionum dederunt: ſæpe etiam à Chriſtianis clade aliqua in

Turcarum pœna.

genti affecti ſunt, & præterea æterno Dei conſilio decretum eſt quid nam ipſos pati oporteat. Poſtremò certum eſt ipſos ſicuti omnes alias gentes ſiſtendos eſſe ad tribunal Chriſti, vt omnium ſuarum rerum rationem reddant.

Paparum pœna.

De pœna Pontificum qui Eccleſiam perſecuti ſunt, multa ex hiſtorijs proferri poſſent, quorum cõmemoratio longa nimis foret. Sed vt breuiter aliquid afferam, certum eſt Deũ his non magis quàm alijs perſecutoribus peperciſſe. Quoniam verò nihil illis accidere poteſt quod magis eorum conſcientias feriat, & moleſtius ſit & magis ſollicitos habeat, quàm ſi quis grauiter illis contradicat: ideò Dominus ſingulis ætatib. vehemẽtes aduerſarios illis excitauit, qui eis contradixerunt, & eorum pecca ta & ſcelera accuſarunt, doctrinam ab illis corruptã eſſe arguerãt, & docuerunt ſedẽ hanc nõ talem eſſe qualem iactant, neque Papam hanc poteſtatem habere quam ſibi vendicat. Veteres quidẽ Romanos epiſcopos id fuiſſe quod dicebantur, veros ac bonos paſtores: ſed ipſos non ſequi horum veſtigia, &c. Huiuſmodi admonitiones & correptiones adeò moleſtę fuerunt Põtificibus, vt cõtradicentes ſibi aggreſsi omnia quę poterãt tentarint, neq; ante quieuerint donec eos vt hoſtes ſuos, & homines maleficos, hæreticos & ſeditioſos vita priuarint. Nihilominus tamen perpetuum accuſatorem habuere ſuam ipſorum conſcientiam quam ſo

Viri docti contra Papam à Deo excitati.

pire

pire non potuerunt, quæ vtique vera & grauissima pœna atque tormentum est.

Præterea Deus potentissimos reges & Imperatores aduersarios Papis excitauit, qui magna grauitate & authoritate illis contradixeruntq; eos accusarunt. Fridericus 1. cognomento Barbarossa pontificios legatos è Germania Romam remisit, & illis imperio interdixit. Præcepit etiam Germanis ne Romam peregrinarentur aut prouocarent, &c. Atque cum Adrianus 4. de ea re conquereretur, atq; Imperatorem moneret à Papa & vrbe Roma esse coronam & Imperium, contradixit illi Cesar, & hæc à Deo non à Papa aut Roma esse dixit. Causas etiam exposuit cur Papæ legatos ex imperio proscripserit, quòd in Germania practicas seu conspirationes faciant, discordias plantent, Ecclesias spolient, & sint prædatores non prædicatores, non curent salutem populi, sed tantum quærant pecuniam. Atq; multa alia huius huius generis ab eo responsa sunt, quæ petat si cui libet ex Nauclero Generar. 37. Pag. 761. et ex Radeuico lib. 3. cap. 10.

Potentissimos Cæsares Deus cũ Papa commilit.

Fridericus Barbarossa

Similiter inquieto & arroganti Pontifici Gregorio 9. opposuit se præclarus & Christianus Imperator Fridericus 2. contra hunc Papa tres bullas edidit quibus ipsum prorsus excõmunicat & anathematizat. Verum Cæsar ipse & multi præclari viri Papam tyrannidis & iniustitiæ arguerunt: cuius rei testimonia habẽ-

Fridericus 2. Imperat.

tur in Epistolis Petri de Vineis, & Nauclero Pag. 825. & 826. Tum temporis Ratisponæ frequens concilium fuit principum & episcoporum, in quo Eberhardus episcopus Salzburgensis vehementem orationem cõtra Papam & eius assecias habuit, in qua Romanorũ pontificum tyrannidem & libidinem & flagitia ac scelera grauiter arguit, & docet Papam esse Antichristum. Qui volet petat eius orationẽ ex Auentini lib. 7. Annalium Boiorum. Refertur etiam ab eodem Auentino grauis querela, & apologia Menradi comitis Tirolensis, quem Nicolaus 4. Papa excommunicarat, cõtra hunc comes se defendit, & Papam Antichristum esse arguit.

Eberhardus Salzburgen. episcopus contra Papam.

Menradus comes Tirolis.

Magna quoque contentico fuit inter Papã Ioannem 22. & Lodouicum 4, Imperatorem, qui Imperiales literas contra Papam edidit, in quibus Papam vehementer accusat, & inter alia Diabolum & Antichristum appellat: firma quoq; argumenta suæ accusationis & querimoniæ adfert, Qui volet legat Auentini lib. 7. Annalium Boiorum.

Ludouicus 4. Imperator.

Præter hanc Paparum pœnam alia grauior est, quòd ipsi Papæ de sede hostiliter inter se contenderunt, se inuicem persecuti sunt, accusarunt, & extreme criminati sunt, bella mutuo gesserunt, se trucidarunt & afflixerunt. Nanque Onophrius Panuinius in Epitome Romanorum pontificum à temporibus Gregorij

Schismata Romanæ Ecclesiæ.

rij 7. vsque ad Vrbanum 6. intra annos 294. enumerat septẽ schismata Romanæ sedis, quæ hoc tẽpore septies duos simul Papas habuit, & postremo tres, quorũ quilibet verus Papa & pastor esse volebat & cæteros damnabat.

Septem hæc schismata octauum & maximum secutum est, quod incepit sub Vrbano 6. & Clemente, & durauit annis 39. vsque ad Constantiense concilium. His temporibus turpiter inter se Papæ contenderunt, & se mutuo Bullis, literis & publicis scriptis accusarunt, ita vt si quisquam alius hæc scripsisset, eum vita luere oportuisset. Nam se inuicem Schismaticos & hæreticos nuncuparunt, alijs similibus inhonestis titulis ornarunt. Qui hæc cognoscere desiderat, legat libros Theodorici Nyem de Schismate, & præcipue librum tertium. Fuit autem hic Theodoricus minister Pontificum & illis admodum familiaris, vnde exactius de his rebus scribere potuit.

Septenum Schisma.

Theodoricus Nyem.

Atque hæ sunt veræ & horrendæ pœnæ & vltiones diuinæ, quibus Pontifices ipsi suam sedem euertunt, & tamen nihilominus ob euersam sedem sibi mutuo conuitiantur & se inuicem lacerant. Hæc autem inseruiunt eruditioni, admonitioni & cõsolationi fidelium. Nam si volent, facile ex his inhonestis Paparum actionibus intelligent, quid de hac sede & hisqui illam occupant iudicandum sit: & simul animaduertunt Deum sanguinem piorũ

effusum non relinquere impunitum.

Papæ non diu sedem suam obtinent.

Præterea multi admodum Papæ hanc sedem tenuerunt, veluti à Gregorio septimo vsque ad Gregorium 13. Papæ circiter 68. fuere, cum tamen toto hoc tempore Reges & Imperatores Romani tantum 26. fuerint, ab Hẽrico 4. ad Maximilianum 2. Pauci ergo ex tot Pontificibus diu sedem suam possederunt sed plerique breui euanuerunt. Ea enim est natura Romanæ sedis vt neminem diu ferat. Itaque testantur historiæ & experientia docet, multos horũ grauibus morbis oppressos sedẽ vacuam relinquere coactos fuisse. Aliqui à suis mortui inuenti sunt, subita & inopinata morte sublati. Aliqui extra sedem suam mortui sunt. Quidã ex ea pulsi & capti sunt, quidam verò veneno sublati Lucius 2 à suis lapidibus obrutus est Lucius 3. vrbe eiectus est, familia eius cæsa, nonnullis oculi eruti sunt, nonnulli conuersa retro facie asinis impositi & cõtumeliæ causa per vrbem circumducti. Hadrianus 4. persecutor Friderici 2. musca vt scribitur suffocatus perijt. Ioannes 21. fornice subito ruente oppressus obijt Ioannem 12. ciuis quidam in adulterio vxoris suæ deprehẽsum occidit. Philippus Francorum rex superbum & arrogantissimum Papam Bonifaciũ 8. capi & Romam abduci curauit, vbi intra dies 35. præ mœrore mortuus est. De hoc dicebatur, Intrauit vt vulpes, regnauit vt leo, & mortuus est

Vrspergen.

Bonifacius 8. Papa.

us est vt canis. Multa huius generis ex historijs consignari possent, sed pauca hæc satis ostẽdunt, Deum non neglexisse quo minus etiam de Papis persecutoribus Ecclesiæ suæ pœnas sumeret, & omni tempore fidelium suorũ sanguinem vindicaret.

Sed quocunque modo se ista habeant, tamẽ sub cœlis in his terris nihil certius est, quàm omnia maleficia, præcipue verò persecutionẽ & cædem fidelium, atrocissime iusto tamẽ iudicio à Deo puniendam. Porrò his qui obijciunt, reipsa ostendi posse multos sceleratos homines & sæuissimos persecutores, felices esse, & ita ex hac vita excedere vt nihilo nunquam deterius habeant, respondemus, Deum non tãtum in hac vita pœnas sumere, verum etiam in futuro seculo, post mortem corpoream: itaque qui hic effugerunt non etiam propterea illic pœnam effugerunt. Quemadmodum scriptum est in Euangelio de diuite, qui in terris bona sua receperat, postea flammis torquebatur. Ideóque homines prudentes semper optarunt, vt ea quæ Deus ipsos pati velit, hic non in futura vita illis imponat. Nam verum ac certum putatur, & ita reuera est, pœnas & supplicia futuræ vitæ longe grauiora imò ineffabilia esse.

Deus c... to punit, ti non hic at in futuro se culo.

Atque tandem vniuersam hanc causam cõcludam præclaro & eleganti loco D. Pauli ita scribentis 2. Thes. 1. cap. Gloriamur de vobis

Aduentus Christi ad iudicium.

apud Ecclesias Dei, idest de tolerantia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris et oppressionibus quas toleratis. Quæ res manifesto est indicio iusti iudicij Dei: vt digni censeamini regno Dei pro quo etiam ista patimini. Si quidem iustum est apud Deum, vicissim reddere ijs qui affligunt vos, afflictionem: vobis verò qui affligimini relaxationem nobiscum, quum patefiet dominus Iesus de cœlo cum Angelis potentiæ suæ, cum flammeo incendio, infligens vltionem ijs qui Deum non nouerunt, neque auscultant Euangelio domini nostri Iesu Christi. Qui pœnam pendent æterni exitij coram domino, & potente ipsius gloria: quum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & admirãdus fiat in fidelibus omnib. &c. Huc etiam spectant 19. 20. cap. Apocalypseos Beati Ioannis apostoli.

Relaxatio fidelium.

Pœna infidelium.

Dominus Iesus sua gratia conuertat omnes persecutores, vt ex ouibus agni fiant, consoletur autem & confirmet suos qui persecutionẽ patiuntur, spiritu suo efficaci, vt perseueranter Christo & veritati adhæreant, errores, mendacia & idololatriam odio habeant, ac in Christo vniuersas persecutiones superent, vt vnà omnes æterna felicitate fruamur.

Amen.

NE PAGELLAE ALIQVOT *vacarent, visum est sequentem locum huic tractationi aptum adscribere:*

Ex II. *Lib. Machab.* VI. *cap.*

QVamobrem obsecro eos qui hunc librum lecturi sunt, ne propter has calamitates exhorrescant animo: sed potius reputent huiusmodi supplicia non ad perniciē gentis nostræ (loco gentis Iudææ nunc sunt Christiani) sed ad castigationem constituta fuisse: atque etiam summæ benignitatis signū esse, quòd non diuturnum sæuiendi tempus impijs hominibus concessum fuerit, sed quã primum pœnas luerint. Non enim quemadmodum in alijs Gentibus lenitate dominus expectat, vt tum denique cum ad cumulum peccatorū peruenerint, in eas animaduertat, ita de nobis statuit: ne scilicet peccatis nostris ad summum vsque cumulatis, pœnas tandem à nobis repetat. Quare à nobis quidem misericordiam suam nunquam subducit: populum verò suum aduersis casibus castigans, non derelinquit. Verum hæc commonitionis gratia dicta sint à nobis hactenus: nunc deflexu breui ad narrationem est redeundum.

Eleazarusvns ē primarijs scribis, vir ætate iam prouecta, vultusque specie honestissima

Porcinæ carnes lege olim prohibitæ fuerunt, sed ea per Christũ sublata est.

præditus, aperire os & carnem porcinam edere cogebatur. At ille glorioſam mortem vitæ cum odio coniunctæ anteponens, ad tormentum vltro accedebat, expuens: quo modo accedere oportebat eos, qui propterea quæ non fas eſt amore vitæ guſtare, ſupplicium perpeſſuri eſſent. Cæterum qui nefariæ viſcerationi præfecti erant, propter antiquam quam habebant viri notitiam, ſeductum ſeorſum rogabant, vt ſumptis quibus vti liceret carnibus paratis à ſe, ſimularet ſe veſci carnibus ſacrificij à Rege imperatis, vt hoc pacto mortem effugeret, ac propter veterem quam cum ipſis habebat amicitiam, miſericordiam conſequeretur. Ille verò honeſtam ſuſcipiens cogitationem, dignamque ætate & ſenectutis excellentia, & contracta iam ſpectabili canitie, tum optima à puero educatione, imò vero Lege ſancta, à Deoque tradita, continuo reſpondit, dixitque, cito ad inferos ſe præiturum. Neque enim, inquit, noſtræ ætati conuenit ſimulare, vnde multi adoleſcentes Eleazarũ iam nonagenarium in ritus Gentium exterarum tranſiſſe exiſtimantes, ipſi quoque ſimulatione mea, ac breuitate momentaneæ vitæ in errorem inducantur: et ego piaculum probrumque ſenectuti meæ contraham. Nã etiamſi in præſentia euaſero hominũ ſupplicia, manus quidem certe Omnipotentis neque viuus neque mortuus vnquam effugero. Quamobrem nunc quidem

quidem fortiter moriens, me qualem senectute dignum est, præstitero: adolescentibus verò præclarum reliquero exemplum, ad mortem pro sanctis venerandisque legibus animose ac generose oppetendam. Hæc quum dixisset cõtinuo processit ad tormentum. Qui autem eũ ducebant, animum suum à beneuolentia quã erga ipsum paulo ante declarauerant, ad maleuolentiam traduxerunt, propter sermones supra expositos, eum insanum (aut arrogantem) existimantes. At ille inter verbera iam moriturus, ingemiscens, Domino, inquit, qui sanctam habet cognitionem, notum est, me, quũ possem morte liberari, duros perferre corpore dolores flagellatum, animo verò libenter hos cruciatus propter ipsius religionem perpeti.

FINIS.